¶ Septimo probatur q agens naturale potest producere accidens nullo subiecto presupposito quia si aer corrumperetur adhuc vna domus distaret ab alia ergo tunc distātia que est relatio esset sine subiecto Itē homo in vacuo posset formare voces que essent sine subiecto posset enim loqui Item philosophus quarto phisicorum ponit sonum et colorez sine subiecto et querit vtrum esset in vacuo sed talis sonus posset a creatura corrumpi igitur accīs est anichilabile sine subiecto Item frigiditas separata posita in igne corrumperetur ergo annichilaretur Item videtur probari posse ponendo q in primo instāti nō esse accidētis deus ānichilet subiectū vel si in sacro altaris corruptis spēb⁹ nichil succedat species ei nō sunt infinite resistētie ergo possūt naturalit corrūpi g° agēs naturale ānichilat qz in tali corruptiōe nulla potētia nec subm̄ remanet Item Theologi dicūt sacramēta esse cām grē sed grā creatur Igit maior pz ex diffinitione sacramēti ipsius magistri z alias vanū esset materiā ꝯfirmationis p epm̄ ꝯsecrari nisi ibi acqreret aliq vtꝰ pductiva grē forte dicis illā grāz q est caracter nō creari sz nō videt maior rō de caractere qz de grā gtum faciēte forte ꝯcedis sacramēta esse effectiva vnde quidā dicūt q p vtutez verborū ꝯsecrationis fit corpus xpi ibi Sz ꝯtra ponat g q corpꝰ xpi sit a deo annichilatum tunc scdm istos per verba consecrationis fiet ibi corpus christi cuius nichil prius erat p casum ergo virtute verborū in illo casu creatur.

¶ Octavo non possumus probare in naturalibus q iste effectus causetur a tali causa nisi quia videmus q ea posita ponitur talis effectus et ea remota non ponitur licet deus quemlibet effectum potest pducere se solo sed ita videmus de anima rationali sicut de aliis animabus q facta dispositione i materia est ibi aīa rationalis ergo causatur p agens naturale et ita arguatur de gratia Item tēpus creatur S. T. 1a. parte. 46. ar. 3. et tamē fit ab angelo probatur quia consequitur motum celi qui est ab angelo Item si minimum naturale poneret in vacuo non semper duraret ergo naturaliter annichilaretur quia nichil est ibi in quod resolustur.

¶ Nono quando voluntas producit actum volendi ille non educitur de potentia materie cum non sit in materia ergo creatur Forte dicis q fit a aliquo presupposito scilicet anima Contra prius est actū esse q ipsum esse in subiecto sed i illo priori est ab anima ergo aliquando actus est ab anima et tamē tunc non est in aliquo subiecto Item ex eodem arguitur q aliquid fit a creatura non presupposita alterius agentis actione quia prias est voluntatē pducere actum odii in particulari q deum alias si presupponeret actiōem dei tunc in malis culpe deus hominem preveniret quod est falsum quia solum prevenit in benedictionibus.

¶ Decimo arguitur secundum sanctum thomam si forma proprie fieret ipsa crearetur quia nō fit ex aliquo per se sed probo q proprie fit qr prius est formā esse q totum compositum antecedens patz quia causa precedit effectum ergo in illo priori forma est producta et nō ad productionem compositi ergo fit per se Item alterationis terminus fit per se per motum alteratiōis et tamen est forma ut puta calor Forte dicis q terminus istius transmutationis est subiectum cum forma Contra tunc terminus unius alterationis non esset unum per se. Item ad tria predicamenta est per se motus ergo accidens est per se terminus motus Item stat q forma fiat de novo et tamē subiectū nō fit de novo tale ergo subiectum esse tale non est termin⁹ mot⁹ antecedens patet si corrupto lumine per recessuz unius candele immediate adveniat alia tunc fit ibi novum lumen tamen aer non fit tunc primo lucid⁹. Item potest argui quod aliquod creatum est a creatura quia iste partes demonstrando materiam et formam hominis sunt create et iste partes sūt ab homine igitur minor patet quia homo est ab homine et hō nichil est preter suas ptes forte.

¶ Undecimo forma artificialis creatur z fit a creatura igitur antecedens patet quia non educitur de potentia materie cum sit totaliter ab extrīseco nec est ab agente naturali Item difficilius est aliquid facere ex cōtrario q ex cōtradictorio sz agēs naturale potest facere aliqd de cōtrario ergo z de cōtradictorio maior pz ex 12°. q. 113. ar. 9. Item faciēdo aliqd ex nichilo nulla est resistentia ergo potest fieri a creatura Itē intelligētia nō ē īperfectior aliis animalib⁹ sed alia aīalia pducūt aīal ergo intelligētia pōt producere intelligētiā Itē ubicūqz effectus nō adequatur sue cause illud potest a minori causa produci sz ī nulla creatiōe effect⁹ equatur sue cause ergo pōt a minori cā produci et illa ē creatura igitur potest a creatura produci S. T. de veri. q. 27. ar. 3. 10m.

¶ Duodecimo sicut gñatio entis scđm quid est ex nō ente quodāmō ita generatio entis simpliciter est ex nō ente simpliciter sed generatio quedā est ex nō ente secūdū quid ut generatio albi ex nō albo ergo generatio simpliciter est ex nō ente simpliciter Item verū est antixpm fore et illa veritas nō presupponit aliqd subiectū ergo aliquod accidēs est factibile sine subiecto z sic nō educitur de potētia sui subiecti et hoc etiā videtur de visione beatifica. Itē deus pōt corrūpere subiectū in 1° instāti ipsius esse caloris pducti ab igne et tūc nō educetur de potētia materie Et hoc etiā pōt probari per calorē productū in hostia consecrata ubi nulla est materia et tamē calor producitur imo agēs naturale pōt de specieb⁹ panis producere vermē et pducēdo vermē manifestū est q producit etiam eius materiā ergo materia producitur z per consequēs totum cōpositū creatur vide. s. t. opus. 32. in pricipio Item agens naturale producit formā ergo potest producere materiaz que imperfectior est hoc pbaret hominē posse generare equū.

¶ Tertiodecimo Sol potest creare lumē i medio vel ānichilare patet qa ia deus potest creare lumē in aere sed hoc faciendo non aliter facit q modo agat sol vel assignetur causa quare potius lumen pductū a deo dicitur creatū q lumē nūc productū a sole.

¶ Ad primū dicēduz q propter illas rationes credit grego. de arimio in pricipio scđi creationē esse īpossibilē scđm ari. Et dicit h° esse unū fūdamētū in q sustentat magna ps doctrine phi verbi gratia q materia sit ingenita. Sed contra Ex hoc sequitur primo q magna pars phie aristotelis est fundata in heresi. Item legitur ī libro de morte aristotelis q anima rationalis est illa q cognoscit creatorem suum et discernit inter bonū et malū. Item doctor subtilis in fine quodlibetorū dicit q certū fuit scđm ari. et sua principia animā intellectivam esse a deo immediate Sed contra Scđm aristotelem in. 8. phi. Deus est omnino immutabilis et propter hoc non potest mundus incepisse de novo a deo secundum eum ergo non est possibile q alique anime secundum ari. sint de novo immediate a solo deo. Dicendum q immutabili' eius non arguit quin ab eo fiat aliquid de novo immediate qr intelligentia causat novā partem motus. Itē scđm platonē aliquid est factū a deo quod tamē semp fuit ut patet ex augu. 10. de ci. dei. Itez Macrobius super sōniū scipionis duas portas posuit in celo unā deorum z aliam aīarum in cācro scz et capricorno per quaruz alteraz anime ad corpus descendebant ergo scđm phōs aīe sunt immediate a deo per creationē Deinde dico q ille auctoritates intelligūtur de agente nālī agēte p motū. s. t. de po°. q. 3. ad 8m.

¶ Ad secundam dicitur primo q non est curandū de commē. secundo dicitur q ipse in tertio phi. utitur noīe gñationis nos autem nō dicimus aliquid

generari ex nichilo. S. T. contra gentiles li. 2. ca. 37. dicit ꝙ ex nichilo nichil fit scd̃m naturalē phm̄ quia modus iste fiendi per creationem pertinet ad phm̄ primum qui considerat ens inq̃ztum ens. Quidam dicunt ꝙ cōmentator sibi ipsi contradicit quia dicit celū esse a deo effectiue et hoc est ꝑ creationē.

℄ Ad tertium negatur maior. Deinde dicitur breuiter ꝙ ex nichilo dicitur aliquid fieri adhuc sensū ꝙ aliquid fit et nō fit ex aliquo. S. T. prima. q. 45. ar. 1. 3m. Et de potentia. q. 3. ar. 1. Si dicatur Omne quod fit anteq̃ȝ fiat possibile erat esse quia nō erat impossibile esse sed potentia qua aliquid potest esse non potest esse nisi in subiecto nisi forte ipsamet sit subiectum ergo impossibile est ꝙ aliquid fiat nullo presupposito. Itē Creatio est mutatio ergo opȝ ꝙ habeat terminuȝ a quo. añs patet quia quod creatur nō similiter se habet nunc sicut prius. Item habet esse post non esse. Dicit. S. T. ibidem ad scd̃m ꝙ anteq̃ȝ mundus esset possibile erat ipsum esse ꝓpter potentiā actiuā agentis et non propter potētiam passiuā materie. Ad aliud dicitur ꝙ ad mutationem oportet rē non similiter se habere supposita consistentia subiecti. ar. 2. ad quartum.

℄ Ad quartum patet ex dictis. Dico enim ꝙ illud quod prius erat omnino nichil. i. illud quod prius nichil erat nunc est aliquid.

℄ Ad quintum dicit. S. T. 1a. q. 45. ar. 2. ꝙ in hijs que fiūt sine motu simul est fieri et factum esse. Nā simul aliquid illuminatur et illuminatū est et quod hoc modo fit est ymo etiam homo quando incipit esse tunc est. Ad aliud dicitur ꝙ ex nichilo faciendo aliquid transitur distantia infinita ea parte qua est finita quia licet sit infinita ex parte nō esse tamen est finita ex parte esse. Contra Ex hoc sequeretur nichil posse annichilari quia non esse est infinitum Ideo dicitur ꝙ argumētum procedit ex falsa ymaginatione ac si sit infinitū mediū inter nichil ⁊ ens ibi ad quartum. Ad aliud dicitur ꝙ verum est respectu creature Ad aliud negatur consequentia. Ad aliud quidā dicunt ꝙ deus non facit rem non esse quia tunc deus ab eterno egisset quia fecit res nō esse. Preterea dicunt ꝙ anichilatio neq̃ȝ est bonuȝ neq̃ȝ malum quia malum semper est in aliquo subiecto de potentia. q. 5. ar. 3. ad 14m. Sed dicendum secundum eum ad 2m ꝙ dato ꝙ deus res annichilaret ibi non esset necessaria actio sed solum ꝙ desistat ab actione qua rebus tribuit esse. Item ar. 4. ad 6m dicit ꝙ annichilatio est pena damni ⁊ idem habetur in. 4. Ex quo videtur ꝙ sit mala.

℄ Ad sextū dicitur ꝙ effectiue demeritorie et dispositiue corrūpitur. Sed cōtra Sequeretur ꝙ ubi deus nollet caritatem annichilare gratia et peccatum mortale essēt simul. Ideo quidā dicunt ꝙ corruptio gratie non est annichilatio proprie dicta q̃ subiectum manet sicut etiam corruptiones accidētium nō debent dici annichilatiōes quia remanēt in potentia materie sicut prius. S. T. de potentia q. 5. ar. 4. ad 9m. Contra sequeretur ꝙ ꝑ agens naturale posset reproduci Negatur cōsequētia ut patet de anima mea. Ad aliud dicit Cap. in. 2. d. 26. ꝙ virtus fluit a gratia sicut a causa effectiua scd̃aria vel potius presuppositiue et ordinabiliter et improprie. S. T. de potentia. q. 3. ar. 8. ad. 19m dicit ꝙ esse dicitur esse a deo per creationē inq̃ztum omis cā scd̃a dans esse hoc habet inq̃ztū agit in virtute prime cause creantis cum esse sit primus effectus nichil aliud presupponens.

℄ Ad 7m negat ꝙ distaret positiue nec homo posset loqui. Et ad aliud dicitur q̃ si frigiditas esset sine quantitate nō esset receptiua actionis nec corrumperetur.

℄ Ad 8m dicetur in. 2. de aīa De tempore dicitur ꝙ creatur q̃ztum ad instās primū quod non fit ab angelo. Ad aliud dicitur ꝙ nō corrumperetur ꝑ agēs naturale Ocl'an tamen cōcedit annichilationem et negat creationem.

℄ Ad 9m dicitur ꝙ actus quo ad subām prius est a deo non autem quo ad eius deformitatē Sed contra difformitas est quasi forma peccati ergo non potest esse diformitas ab vno actore et subā ab alio. Similiter posset argui de macula que videtur esse a sola creatura. Item deformitas accidit effectui dei ergo dicetur producta deo per accidēs Respondet. S. T. de potētia. q. 3. ar. 6. ad. 21. ꝙ illa rō procedit de duobus agentibus ōino disparatis Deinde dicit ꝙ macula non ponit naturam aliquā in aīa. Deīde dicitur ꝙ nō est prius formā produci ab agente naturali q̃ȝ eam esse in subiecto Si dicatur Accidens est prius subiecto ergo in illo priori potest deus supplere cām materialem ut producatur ab agente naturali Negatur ꝯña sed a seipso pōt.

℄ Ad decimū dicitur ꝙ forma non per se generatur nec fit color ſȝ coloratū 7. methaphisice licȝ anima rationalis per se fiat. s. t. de po. q. 3. articulo 9 tamē nec generatur per se nec per accidens. s. t. libro 2o. cōtra gētiles. c. 87. si dicat̃ quomodo ḡ materia dicitur esse creata secundū. s. t. dicendū ꝙ ibi creatuȝ capitur ut distiguitur cōtra increatū est ergo potius cōcreata tñ scd̃m phm̄ generatur et corrūpitur per accidens sicut diceretur musicū corrūpi ꝑ accidens q̃ est in aliquo quod corrūpitur sic etiā materia q̃ aliquid est in ea q̃d fit vel corrūpitur Nec tamē materia nec forma nec accidens ꝓprie fit. s. t. de po. q. 3. ar. 1. 12m Et tamē magna difficultas quomō homo generat hominē si non producat aīam rationalem aliquo modo que tñ scd̃m theologos creatur sed de hoc postea Deinde dr̃ ꝙ licet forma dicatur terminus quo loquēdo tñ de termino quod post. s. t. in 1o. dis. 5. q. 3. ꝑ se terminus oīs mot⁹ est totū cōpositū non absolute sed sub tali esse accidentali ut sortes acquirens albedinem fit albus vel habens hanc albedinē sed contra illud fit per se primo quod fit secundum se et quodlibet sui sed totum compositum non fit secundum se et quodlibet sui ergo non fit ꝑ se primo. Negatur maior sed illud fit per se primo quod per se subsistit et tale est totum compositum. Deinde dicitur ꝙ q̃ztū ad existere forma sicut ⁊ materia est posterior toto cōposito q̃ esse est primo totius et quando dicitur ꝙ cā precedit effectum verū est quo ad suā naturam et nō quo ad existere Sȝ cōtra Existere conuenit supposito per formam ergo prius cōuenit forme Negatur ꝯña.

¶ Ad vndecimū dicit. S. T. de potentia. q. 3. ar. 8 5m licet in natura non inueniatur principium efficiens respectu formarum artificialium tamen huiusmodi forme non excedūt nature ordinē sicut gr̄a ymo infra subsistunt quia omne naturale est nobilius ꝙ artificiale. Ad aliud dicitur ꝙ ex contrariis fit aliquid per accidens per se autem fit aliquid ex subiecto quod est in potentia In creatione autem nichil est de potentia et ideo nulli virtuti create cōuenire potest. Ad aliud negatur cōsequentia quia intelligentia non est producibilis nisi per creationem. Ad aliud negatur maior.

¶ Ad duodecimū dicitur ꝙ nō ens simpliciter potest dicere duo vno modo non ens vniuersaliter et sic non tenet similitudo Alio modo nō ens in actu Et sic bene ex non ente simpliciter aliquid fit a solo deo et nō a creatura. Ad aliud dicitur ꝙ veritas est in intellectu. Ad aliud dicitur ꝙ deus non posset corrumpere subiectū quando calor producit ab agente naturali. Ad aliud dicit. S. T. 3a. q. 77. ar. 5. ꝙ quantitati dimēsiue panis et vini datur ꝙ sit primum subiectū subsequentiū formarū Et sic supplet vicē materie. Sed dices Cum illa quantitas non ponatur in sequenti materia nec accidētia in ea recepta quomodo potest agens naturale p illā actionem pducere materiā qꝛ in primo instanti esse vermis geniti ipse non educitur de potentia alicuius materie. Nec materia eius prefuit ergo totaliter fit ex nichilo quia non fit per se ex quātitate precedēte cum non sit pars eius nec materia eius fit per se ex aliquo ente in potentia nec prefuit.

¶ Ad 13m. dicit adam ꝙ deus nō posset generare lumē sine sole sed productio lumis sine sole a deo esset creatio. Sed aliter dicitur ꝙ deus potest lumē creare in aere non autem sol quia potest producere tale lumen sine dependentia ad subiectum vel primo attingere lumen ꝙ subiectum. Alij dicunt lumen sic non esse creabile.

¶ Finit primus phisicorum

Incipit secundus liber phisicorum.

¶ Textus Eorum que sunt. ⁊c.

Circa secundū librum phisicorum querūtur 57. Primo in forma sit magis natura ꝙ materia scd̄o An phisica differat a mathematica tertio An sint quattuor cause quarto An agentia naturalia pducant formas substantiales quinto An artificialia distinguantur a naturalibus secundū rem.

Ad primū sic proceditur videtur ꝙ forma non sit magis natura ꝙ materia quia in artificialibus materia est tota subā et tota natura rei ergo etiam ita est in naturalibus quia ars imitatur naturā Sed ꝯtra est phūs.

¶ Respondeo dicendum ꝙ in hoc scd̄o. Primo determinatur de quibus considerat scientia naturalis. Secundo ex quibus demonstrat. Primo ergo ostendit quid sit natura diffiniens eam ꝙ nichil aliud est ꝙ principium motus ⁊ quietis in eo in quo est primo et per se et non scd̄m accidens. Naturalia differunt a non naturalibus inꝙtum habent naturam sed nō differunt a nō naturalibus nisi inꝙtum habent principium motus a seipsis vnde animalia dicūtur etiā natura. Et similiter elemēta et differunt ab hijs que nō sūt a natura quia habēt principium motus. Quedam quidē scd̄m locū vt grauia ⁊ leuia et corpora celestia. Quedam scd̄m augmentum et decrementum vt aīalia et plante. Quedam secundū alteratione vt corpora simplicia Alia sūt que non sunt a natura vt lectulus et indumentum que sunt ab arte nec habent in se principium mutationis nisi per accidens inꝙtum materia et substātia corporum artificiatorum sunt res naturales et sic cultellus mouetur deorsum. ¶ Notandum preterea ꝙ in diffinitione nature ponitur principium quasi genus scd̄m. S. T. et non aliquid absolutum quia nomen nature importat habitudinem principij quia enim nasci dicuntur ea que generantur cōiuncta generanti vt patet in plantis et animalibus. Ideo pricipiū generationis vel motus natura nominatur vnde deridendi sunt qui volentes diffinitionem aristotelis corrigere naturam per absolutū diffiniunt dicentes ꝙ natura est vis insita rebus vel aliquid huiusmodi dicit autē principium et causa ad designandū ꝙ non omniū motuum natura est eodem modo principium Dicit autē mouendi et quiescendi in termino ad quē nec illa quies opponit motui sed est a natura quia vnūquodꝗ naturaliter quiescit in loco ad quē naturaliter mouetur non tamen quodlibet mobile habet principium quiescēdi vt celum sed hoc pro tanto dicitur quia non solū motus sed etiam quietis est principium Deinde dicit primum quia natura et si sit principiū motus mixtorū nō tamen primo vt cum animal mouetur deorsum non mouetur naturaliter inꝙtum est animal sed inꝙtum terra dn̄atur in eo Dicitur per se contingit enim aliquādo ꝙ aliquis medicus est sibi ipsi causa sanitatis et sic principiū sue sanationis ē in eo sed hoc est per accidens accidit enim eūdē esse medicū et sanari sanatur em̄ secūdū ꝙ ē ifirmus

¶ Notādū preterea secūdum ari. ꝙ aliud est natura et hr̄e naturā Et esse scd̄m naturā quia habēs naturā est illud qd̄ habet ī seipso principiū sui motus et talia sunt omnia subiecta nature. Sed esse secundū naturam ē esse causatum a principio naturali et sic tam subiecta quorū esse est a natura ꝙ eorū accidentia dicuntur esse a natura sicut ferri sursum nō est natura neqꝫ habēs naturā sed est cātū a nā qd̄ aūt sit natura dictū est ꝙ ē ipm pricipiū motus. ¶ Notandū preterea per. S. T. ꝙ phūs excludit presūptionē quorūdā volētium demōstrare quid sit natura Et dicit ꝙ hoc est ridiculū qꝛ manifestū ē scd̄m sēsū ꝙ multa sūt a nā que hn̄t principiū sui motus i se velle aūt demrāre manifestū per non manifestū ē illius qui nō pōt iudicare qd̄ ē notū ppter se ⁊ qd̄ nō est notū ppter se qꝛ dū vult demōstrare id quod ē ppter se notū vtitur eo qd̄ nō nō est propter se notum Et ideo talis assimilatur ceco nato volēti iudicare de coloribus Naturā aūt eē ē p se notū sꝫ qd̄ sit vniuscuiusꝗ natura nō est per se notū Ex quo patet ꝙ auicēna irrationabiliter iprobat ari. dictū volēs demrāre nām eē qꝛ ignorātia pricipiorū

mouentium non impedit quin naturam esse sit per
se notum.
¶ Notandum preterea ꝙ consequenter philoso-
phus ostendit ꝙ natura dicitur et de materia et de
forma vnde sciendum ꝙ antiqui phi non valentes
vsque ad materiam primam peruenire aliquod cor-
pus sensibile puta ignem vel aerē posuerūt primā
omnium rerū materiam. Et sic sequebatur ꝙ omēs
forme aduenirēt materie tanquam in actu existenti si-
cut in artificialibus forma cultelli accidit ferro iaz
existenti in actu. Et eodem modo opinabātur i na-
turalibus et artificialibus Et huius signum dabat
antiphon quia si aliquis proiciat lectum ad terraz
et ligna putrescendo accipiant potentiā vt ex eis
generetur vermis id ex quo generatur nō erit lect⁹
sed lignū et quia subā est que permanet et nature
est sibi simile generare cōcludebat ꝙ omnis dispo-
sitio que est scdm quācunque rationem vel artem est
accidens et id quod permanet est subā que suscipit
talē mutationē. Supposito ergo ꝙ forme rerū sint
accidentia et materia subā assumebat aliam pro-
positionē ꝙ sicut se habet lectus et statua ad es et
lignū ita et quodlibet horum se habet ad aliquid
aliud quod est materia ipsorum vt es et aurum ad
aquam quia omnium liquabilium materia videtur
esse aqua vnde concludebat ꝙ materia esset tota
subā rerum vnde poete theologizantes dixerunt
terram esse subām oīm rerū. Posteriores vero phi
ignē vel aquā vt patet ex primo hui⁹. Et hec est dif
ferentia quā ponebant inter materiam et formam
scz ꝙ differebant scdm accidens. Alia autē est drā
quam ponebant scz scdm corruptibile ⁊ incorrupti
bile Illud enim quod ipsi ponebant primum prin-
cipium puta aquā dicebant incorruptibile Es ve-
ro et omnia alia dicebant corruptibilia Hec autem
positio vera est quantum ad hoc ꝙ materia est subā re
rum naturalium Sed quantum ad hoc ꝙ ponit omēs
formas esse accidētia falsa est vnde ex hac opinio
ne phūs concludit id quod verum est scz ꝙ natura
dicitur materia que subicitur vnicuique rei naturali
habenti in se principium motus vel mutationis
¶ Notandū preterea ꝙ phūs ostendit tribus ra-
tionibus formā esse naturaz Prima quia sicut illud
est ars quod cōpetit alicui inquantum est scdm artem
et artificiosuz ita illud est natura quod competit a-
licui inquantum est naturale sed illud quod est in po-
tentia tantū non dicimus habere aliquid artis quia
nondum habet spēm lecti ergo in rebus naturali-
bus id quod est scdm potentiā caro et os nō habet
naturā carnis et ossis antequam accipiat formā scdm
quā sumitur ratio diffinitiua rei per quam scz scim⁹
quid est caro vel os nec adhuc est natura in ipso an
tequam habeat formā ergo natura rerū naturaliuz ha
bentium in se principium motus est forma que licz
non separetur a materia tamen differt ab ea ratio
ne Sicut enim es et infiguratum quamuis sint idē sub
iecto tamen ratione differunt ita materia et forma
quia nisi forma distingueretur a materia non esset
alius et alius modus quo forma et materia dicunt
natura vlterius autem ex ratione premissa proce-
dit ad ostendendū ꝙ forma sit magis natura quam ma
teria quia vnūquodque magis dicitur secūdum ꝙ est
in actu quam secundum ꝙ est in potentia sed per for-
mam ens naturale est in actu et per materiam i po
tentia igitur. Ex hijs igitur possunt haberi 5e conclu
siones. Prima ꝙ natura bene est diffinita scda
ꝙ naturam esse non potest demōstrari tertia ꝙ na
tura dicitur de materia quarta ꝙ dicitur etiā de for
ma quinta ꝙ forma est magis natura quam materia
¶ Contra primā arguitur Celū habet naturam et
tamen non habet in se principium sui motus sz mo
uetur a motore separato ergo natura non est prin-
cipium motus eius in quo est. Itez entia naturalia
generantur a natura et tamen principium eorū est
ab agente extrinseco vt quando aq̄ calefit vel aer
in ignem conuertitur. Item leuitas non est natu-
ra rei et tamen est principiuz quo aliquid mouetur
sursum et similiter arguitur de grauitate q̄ est prin
cipiū motus eius in quo ē forte dicis ꝙ non est pri
cipium primū sed principium primum est ipsa for-
ma. Contra seqretur ꝙ inaīata haberent in se pri-
cipiuz actiuū sui mot⁹ ē forte dicis ꝙ sufficit formā
esse principium primum passiuum. Contra seque-
retur ꝙ motus violentus deberet dici naturalis
quia esset a principio intrinseco passiuo Itē mate
ria est primum principium passiuum patet ex secū
do argumento.
¶ Secundo materia est natura et tamen non est
principium motus Item animal habet in se prin-
cipium sui motus scilicet augmentatiōis et nutri-
tionis et tamē non habet naturam patet quia S.
T. dicit ꝙ et si natura sit principium motus cōpo
sitorum non tamen primo Item in diffinitione na
ture ponitur pricipiūz cā ⁊ sic ibi videtur esse nuga
tio Item dicitur ibi copulatiui mouendi ⁊ quiescē
di hec autem est falsum vt patet de celo Item im-
possibile est idem moueri et quiescere ergo nō ha
bet simul principium vtriusque Item tota terra ca-
thegoreumatice nō habet principium mouendi quia
non pōt moueri Frustra at est potencia que nō pōt
reduci ad actum propter hoc dicit albertus quos-
dam reprebendere philosophum.
¶ Tertio arguitur ꝙ naturam esse potest demō-
strari quia materiam esse potest demōstrari vt patz
in. 1. phisi. sed materia est natura igitur. Item res
potest demonstrari per illud per quod cognoscitur
sed natura cognoscitur per motū ergo potest p mo
tum demōstrari esse saltem a posteriori secundū ꝙ
causa demonstratur per effectum. Item natura ha
bet diffinitionem ergo habet aliquid prius ea per
quod potest demonstrari Itē methaphisica habet de
mōstrare principia aliarū scientiarum ergo demon
strat naturam esse Item bene sequitur mot⁹ ē sed
motus nō pōt esse nisi natura sit ergo natura est vel
arguitur sic Si motus ē natura ē sed motus ē ergo
natura est iste discursus est bonus et procedit ex
necessarijs Similiter bene sequitur entia natura
lia sunt sed naturalia non possunt esse nisi per na
turā ergo natura est.
¶ Itē hic est demōstratio ad impossibile Na-
tura non est sed si natura non est motus non est er
go motus non est sed consequens est impossibile

et oppositum eius nocius est q̃ȝ naturā esse.
¶ Quarto Si non posset demōstrari hoc maxime
esset quia est per se nota sed hoc nō valet quia ala-
cen scđo ꝓspectiue imperceptibiliter demōstrat] hāc
omē totū est maius sua parte quia cōtinet partē et
addit super eam. Item in propoībus ꝑ se notis sūt
gradus et sic vna est euidentior alia et sic potest ꝑ
aliā demonstrari. Item ista est per se nota omē aīal
rationale est risibile quia est principiū et tū potest
demonstrari demōstratione quia est. Item probat
grego. ꝙ illa non est per se nota natura est quia co-
gnoscitur ꝑ experientiā. ¶ Quinto arguit auicen-
na a signo ꝙ diffinitio nature non est nota quia po-
stea in .7. et .8. phi. ostendet ꝙ omē motū habet mo-
torem et .3. celi ostenditur ꝙ elemēta hn̄t grauita-
tem et leuitatē a quibus mouentur quia potest esse
dubium de corporibus simplicibus vtrum habeant
principium motus. Item ita nota est diffō nature si-
cut natura sed diffinitio nature potest demonstra-
ri vt patet per cōmen. et linconień. C. 3. vnde ꝙ na-
tura sit principiū motus cōcluditur dicit. s. t. ꝑ hoc
ꝙ naturalia differunt ab artificialibus. i. non natu-
ralibus zc. et dicit linconiensis ꝙ est demonstratio
a priori. ¶ Sexto arguitur ꝙ materia non sit natu-
ra quia quod est in potētia ad naturam nō est natu-
ra vt dictum est sed materia est hmoi quia est ens in
potentia ad formam igitur. Item quod est in potē-
tia ad esse non est ens neqȝ natura sed materia est
in potentia ad esse ergo zc. Item materia est quid
absolutum Natura aūt est respectiuum quia est pri-
cipium et causa igitur. Item materia est natura et
forma est natura ergo vnius rei plures sunt natu-
re. Item arguitur de forma quia quod accidit natu-
re non est natura sed forma accidit nature quia ac-
cidit materie ergo.
¶ Ad primū dicit. S. T. hic ꝙ Quidā dicunt ꝙ e-
tiam in hmoi mutationibus scȝ quando ignis cale-
facit aquam est principium actiuū motus etiam in
eo quod mouetur sed tamē scđȝ esse imperfectū quod
coadiuuat actionē exterioris agentis Dicunt enim
ꝙ in materia est inchoatio forme quā dicūt esse pri-
uationem que est est tertiū pricipiū nature et ab hoc
principio intrinseco generationes et alterationes
corporū simpliciū naturales dicuntur Sed hoc nō
potest esse qr cum nichil agat nisi scđȝ ꝙ est in actu
predicta inchoatio forme cū non sit actus sed apti-
tudo quedā non potest esse principium actiuū Pre-
terea etiā si esset forma completa nō ageret in suū
subiectum alterando ipsū quia forma non agit sed
cōpositum quod nō potest se alterare nisi sint in eo
due partes quarum vna sit alterans et altera alte-
rata. Et ideo dicendū est ꝙ in rebus naturalibus
eo modo est principium motus quo eis motus con-
uenit quibus ergo conuenit mouere est in eis prin-
cipium actiuū motus quibus autȝ conuenit moue-
ri est eis principium passiuū quod est materia quod
quidem principium inq̃ȝtum habet potentiā natu-
ralem ad talem formā facit esse motum naturalem
Et propter hoc factores rerum artificialium non
sunt naturales quia licet principium naturale sit
in eo quod fit nō tamen habet potentiam naturalē
ad talem formam Et sic motus localis corporū ce-
lestium est naturalis licet sit a motore separato in-
q̃ȝtū i ipso est potentia naturalis ad talē motū in
corporibus vero grauibus et leuibus est principiū
formale sui motus sed huiusmodi principiū forma-
le non potest dici potentia actiua sed comprehen-
ditur sub potentia passiua Grauitas enim in terra
non est principium vt moueat sed magis vt mouea-
tur nec forma naturalis inaīati est motor sed ipsū
generans quod dat talē formā ad quā talis motus
sequitur. Ad aliud de motu violēto dictū est supra
¶ Ad secundū dicitur ꝙ materia est principiū pas-
siuum motus generationis. Ad aliud dicitur ꝙ mo-
tus animalis progressiuus nō est naturalis absolu-
te alias velocior esset in fine q̃ȝ in pricipio aliquis
tamen motus est animali naturalis inq̃ȝtū est cor-
pus graue vel augmentabile nec forma elementi
est sua natura cū non sit in eo formaliter sed anima
inq̃ȝtum est forma naturalis vnde patet cū anima
sit forma et natura animalis cuius motus est primū
principium. Item cum esse intellectiuum sit natu-
ra hominis quem motum causat. Dicitur ꝙ esse in-
tellectiuū non est forma mere naturalis quia non
est a natura. Ad aliud dicitur ꝙ cā est minus cōmu-
ne et ideo potest addi principio. Et ly et capitur ꝑ
vel terra vero mobilis est per alterationem vel se-
cūdum partē Sed videtur aliis absurdum ꝙ et ex-
ponatur per vel ideo dicūt celum quiescibile quia
non recedit a centro vel nō mouetur alterādo sed
dices non est natum dicēdū ꝙ secūdum genꝰ sicut
talpa dicitur ceca vel natura est pricipium quietis
conditionaliter.
¶ Ad 3m. dicitur ꝙ materia sub ratione nature nō
demonstratur esse Ad aliud negat de hijs que co-
gnoscuntur per sēsum Sed contra dato ꝙ quis vi-
deat lunam eclipsari adhuc illa demonstrabilis ē
Dicēdum ꝙ non est simile quia hoc habet causam
natura vero non. Ad aliud dicitur ꝙ methaphisica
non demōstrat ea que sūt ad sēsum euidētia quia
non habet aliquid notius Deīde dicitur ꝙ ille con-
sequētie sunt bone sed non sunt demonstratiōes
¶ Notādum tamē secūdum commētatorem ꝙ li-
cet diffinitio nature sit manifesta adhuc est demon-
strabilis per sillogismū ypotheticū isto modo. Si
naturalia sunt illa que habēt principiū quo mouē-
tur zc. et natura est illa qua mouētur et quiescūt. zc.
necessarie est ꝙ natura sit principium quo moue-
tur et quiescit illud in quo zc. sed iste sillogismus ē
a posteriori scilicȝ per ipsas res naturales que sūt
posteriores simpliciter q̃ȝ natura nobis tamen no-
tiores Albertus dicit ꝙ natura non est vniuocum
quia forma est magis natura et ideo natura nō ha-
bet diffinitionem veram sed descriptionē.
¶ Ad 4m. dr̄ ꝙ aliq̄ ꝓpōes ꝑ se note nō sūt oībꝰ i-
mediate vñ pñt demrāri qr scđm boetiū aliq̄ sūt cōes
ꝯceptiōes q̄ nō sūt cōes oībꝰ sȝ tm̄ doctis greg. tñ
de arimio hꝰ negat i 1o d. 2. q. 1m eū Propō ꝑ se no-
ta ē ꝓpō q̄ vel alia sibi equiualēs in significato po-
test naturaliter esse nota cuilibet potenti vti rati-
one absqȝ indigentia noticie alicuius extrinseci.
Deinde dicit ꝙ illa que dicuntur proprie per se no

ta nō dicūtur propōes sed eorū significata scilicet cōplexe significabilia Sed cōtra complexe significabile non cognoscitur nisi per discursum et multi talia negāt ergo non sūt per se nota Item hec est per se nota deus est vel deus non est tamen nō potest concipi sine noticia extrinseci quia noticia subiecti non potest haberi nisi ex noticia creaturarū Item principia scientiarū sunt per se nota et propositiones immediate tamē nō sunt note cuilibet antecedens patet ex philosopho hic. Item nō est procedere in infinitum ergo in qualibet sciētia principia sūt per se nota.i.nō per alias propositiones Item primum pricipium potest dubitari ergo pōt probari antecedens patet quia multi dubitant an duo contradictoria sint falsa propter propositiones se falsificantes Item philosophus 4.metha. arguit ad probādum primum principium. Itē hec est per se nota omne totum est maius sua parte et tamē presupponit noticiam alicuius extrinseci qr prius est cognoscere totum esse ꝙ totum eē mai⁹ sua parte. Notandum tamē ꝙ S.T. de verita. q. 10.arti.12.dicit ꝙ nō pōt dici de aliqua creatura ꝙ eam esse sit per se notum ista ergo natura est dicitur esse per se nota qr sensu et experientia cognoscitur.

¶ Ad 5m dr ꝙ ari. nūꝗ probauit corpora naturalia habere in se principium motus sed bene probauit ꝙ habent principium motus distinctum a se et probauit ꝙ elementa habent grauitatem et leuitatem distinctam ab elementis quod tamen erat dubium apud antiquos Queritur quare in diffinitione nature postꝗ dicitur primū superaddit per se ⁊ non secundum accidens Dicendum ꝙ natura dicitur esse principium motus primum.i.non mediante alio presupposito deinde dicitur per se. Et additur non secundum accidens quia per se capitur dupliciter hic autem sumitur vt distinguitur cōtra per accidens.

¶ Ad sextum negatur maior quia materia est in potētia ad naturam idest ad formam que est ei⁹ actus. Ad aliud dicitur ꝙ forma non accidit materie quia materia et forma habent idem esse. Similiter solet dici de partibus hominis Sed tunc queritur in qua materia est ista Materia est informata hac forma Dicitur ꝙ in materia contīgenti. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ natura fundamentaliter est ens absolutum Nec inconuenit eiusdem rei esse duas naturas incompletas Sed nonne humanitas est natura Dicitur ꝙ non quia non est primum principiū motus sed compositum.

AD secundū sic proceditur videtur ꝙ artificialia nō distinguātur a naturalib⁹ scđm rē quia artificialia habēt in se principia prima motus ⁊c. ergo nō differūt a naturalibus ań̄s patet de horologio quod per se mouetur. Sed contra est phūs. S.T. hic et opus.31.c.1.et opus.34.

¶ Respōdeo dicendū ꝙ res artificialis est res facta ab intellectu practico et quidā addunt cū volūtate libera, vel ꝙ est res facta aliqualiter se habere qualiter se non haberet vel plures res facte aliqualiter se habere qualiter se non haberēt si intellectus non concurreret cum voluntate libera. Et hoc ponunt noīales dicentes res artificiales non differre realiter a rebus naturalibus nec figuram a re figurata. Et si queratur ab eis quid est res naturalis dicunt ꝙ quadrupliciter capitur. Primo ꝑ re composita ex materia ⁊ forma subāli scđo pro ipsa natura tertio pro dispositione cōuenienti forme et sic caliditas est naturalis respectu ignis quarto pro qualitate cōueniente materie Et sic diceretur ꝙ caliditas est naturalis materie aque licet disconueniat sue forme. ¶ Contra hanc opinionē arguitur quia sequeretur ꝙ omīs res que mouetur esset artificialis et similiter intellectus quando intelligit quia aliter se habet qualiter se nō haberet. Itē aristoteles 12.metha. T.c.44 loquēs de scientijs mathematicis dicit ꝙ ipsi de nulla substātia considerant. Sed hoc esset falsum si quantitas quā considerant non distigueretur a re quāta sed figura est passio quantitatis igitur distinguitur a subā. Item illud aliter se habere a parte rei vel aliquid dicit ꝑter subām rei vel non. Si scđm ergo lapides et ligna semꝑ sunt domus quia hoc nomen domus non significat nisi lapides et ligna Sed dices ꝙ cū hoc cōnotat ꝙ taliter se habeant Tunc quero pro quo supponit subm̄ in hac propositione taliter se habere est cōnotatum per hoc nomen domus. Si dicas ꝙ pro lapidibus et lignis ꝑcise ergo prius ista erat vera lapides et ligna sunt domus vel eadē facilitate diceretur ꝙ noticia non distiguitur ab anima Diceretur enim ꝙ aīa dicitur cognoscens per hoc ꝙ aliter se haber absꝗ aliquo accidente. Item 6° ethi. ars est habitus factiuus ergo edificator aliqđ facit et non rē artificialē ergo aliquā aliā formam scꝫ figurā. Quidā hic dicunt ꝙ facit cōplexe significabile et sic complexe significabilia venderentur que tamen secundum gregorium non sunt aliquid existens. Item figura est in predicamento qualitatis ergo est accidens. Item edificatio est transmutatio realis ergo habet terminū realem preter rē naturalem. Item res naturalis manet sine artificio quia es manet es destructa statua ergo distiguitur. Iteꝫ quare daretur pecunia sutori nisi aliquid faceret Scđm istos enim posset vere iurare coram iudice Iste nunꝗ fecit aliquid pro me. Item scientia et virtutes sunt res artificiales que tamen distinguntur a naturalibus. Item scđm phm̄ naturalia habent principium motus innatū et per hoc dicit ꝙ differunt ab artificialibus Sed hoc quidā exponit dicens ꝙ alia est ratio hui⁹ termini artificiale et huius termini naturale. Sed tunc querit quo modo ex illo sequitur ꝙ natura est principium motus quod aristoteles per hoc intēdit probare Ideo dicitur ꝙ omnis forma artificialis distinguitur a re naturali vt forma domus distinguitur realiter a lapidibus et lignis et omnis figura distinguitur realiter a re figurata. ¶ Contra hec arguitur. Primo contra differentiam inter arficialia et naturalia qr sicut naturalia habēt principiū sui mot⁹ passiuum

ita etiã artificialia quia moueri poſſũt Si dicas ꝙ paſſiuũ nõ ſufficit Cõtra generatio ſortis eſt ei naturalis et tamẽ non habet in ſe niſi principiũ paſſiuum. Item Sanatio ſortis eſt artificialis ⁊ tamẽ eſt pͦrio et per ſe ab arte que eſt i ſorte ſuppoſito ꝙ ſit medicus ergo eſt primo ⁊ per ſe ab eo quod eſt intrinſecũ Forte dicis ꝙ ſanatio nõ eſt ab arte ſed eſt prima natura qꝛ nullus poſſet per ſolã artẽ ſanari ſi naturalia eſſent in eo totaliter deſtructa Contra nullũ artificiale eſt a natura. ¶ Scdo. Ens artificiale inǵtum hmoi includit ens naturale vt ſerra inǵtũ hmoi eſt ferrea ſʒ omne ferreũ inǵtũ hmoi habet principiũ motus ⁊ quietis ergo res artificialis habet principiũ motus et qetis. Itẽ ars ſaltandi eſt principiũ motus Et ſimiliter ars militaris ꝗ docet ordinate ambulare. Item nauis habet ab arte principiũ ſui motus et non inǵtum ens naturale quia nauis nõ eſt ens naturale ergo inǵtũ ens artificiale ars eni diſponit nauẽ vt facile mobilis ſit. Item Omne intelligibile habet naturã ſʒ artificialia ſunt intelligibilia ergo hñt motum.

¶ Tertio arguitur ꝙ artificialia non diſtinguant a naturalibus qꝛ ſi forma domus diſtinguitur a lapidibus et lignis vel ergo eſt tota in toto et tota in qualibet pte vel tota in toto et pars in pte ſed neutrũ eſt dicendũ ergo ⁊c. Non 1m quia nullũ accidẽs materiale eſt totũ in qualibet parte ſicut neqꝫ quãtitas. Item tunc quelibet pars domus eſſet domꝰ Si 2m aut quelibet pars illius prefuit aut quelibꝫ pars fit de nouo. Si 1m ergo nichil fit de nouo quãdo domus fit Si ſcdm ergo quando domus fit quilꝫ lapis per ſolũ motũ localẽ acquirit aliquod abſolutum pmanẽs quod prius non habuit et due figure eſſent in eadẽ porte adequate ſʒ hoc eſt falſuꝫ ymo aliquis lapis põt fieri ps domus ſine quocunqꝫ motu et aliquãdo fit figura per ablationẽ partiũ ſolũ. Item forma domus acquiritur in inſtanti vel ſucceſſiue Non 1m qꝛ eſt contra ſenſum Nõ ſcdm quia tunc introductio forme artificialis eſſet alteratio. Item preſeruet deus formã domꝰ corruptis lignis et lapidibus ⁊ ſequitur ꝙ erit aliqua domus ſine lignis et lapidibus Qð ſi concedas quero quomodo preſeruabit a pluuia.

¶ Quarto vel forma domus eſt diuiſibilis vel indiuiſibilis Si 1m cum illa non poſſit eſſe niſi in materia vel forma vel cõpoſito que oĩa ſunt diuiſibilia ſcdm trinã dimenſionẽ ſequitur ꝙ forma domꝰ erit in profunditate lignorũ quod eſt cõtra cõmẽ. dicẽtem ꝙ natura agit in corpore toto ars vero i extremitatibus eius. Item ſi forma domus eſt ſubiectiue in lapidibus et lignis ergo idẽ accidens erit in ſubiectis ſpẽ diſtinctis. Item ſeparet deus formã domus a lapidibus et lignis ſine motu locali eorũ et tũc queritur an hoc ſit domus vel non Si primũ habetur intẽtum Si ſcdm Contra adhuc hic ſunt pies tectum et fũdamentũ eodẽ modo diſpoſita ſicut prius ergo ſunt domus.

¶ Quinto figura non diſtinguitur a re figurata ſʒ artificialia addunt ſupra naturalia tantum figurã igitur añs patet. Cum primo quia ſi diſtinguitur a re figurata aut ergo eſt accidens reſpectiuum vel quantitas continua vel qualitas ſed non primũ qꝛ figura eſt in quarta ſpẽ qualitatis Nec ſcdꝫ quia ad quantitatẽ continuã eſt per ſe motus non autẽ ad figuraꝫ. Itẽ nulla figura eſt per ſe diuiſibilis ſʒ omnis quantitas eſt per ſe diuiſibilis igitur Nec 3m pꝫ quia figura eſt que terminis vel termino clauditur ſedõis ſubã quãta eſt hmoi igitur. Itẽ figura eſt ſuperficies ergo añs patet qꝛ ſcdm phm. 5. metha. T. C. 33. Supficies plana eſt genus figurarũ planarꝫ et corporea corporaliũ et rõnem aſſignat quia oĩs figura aut eſt plana aut corporea. Item geometra volens quadrare circulũ non capit circulũ pro aliꝗ qualitate vel linea ſʒ p ſupficie vel area. ¶ Sexto Tunc deus poſſet facere corpus quãtũ ſine figura Item tunc rei permanẽtis daretur vltimũ eſſe qð patet ponendo ꝙ agens icipiat corrũpere figurã per remotionem inde preſenti tunc illa figura eſt et nunqꝫ poſtea erit.

¶ Septimo angulus nõ diſtinguitur ab extremo lapide domꝰ ergo neqꝫ tota figura domus a lapidibus et lignis añs patet qꝛ ſi diſtinguitur vel eſt cõtactus linearꝫ incidentiũ et hoc non quia per eundem cõtactũ linearũ poteſt cõſurgere 1o angulus rectus poſtea per motũ vnius altero extremorũ fixo fiet acutus et poſtea obtuſus qui differunt ſpẽ igitur Item nullus contactus linearum eſt maior altero quia omnis talis eſt in puncto ſed vnus angulus eſt maior alio igitur Nec angulus eſt ſuperficies ſiue ſpaciũ interceptum quia tunc angulus acutus eſſet maior recto ſi interciperetur maius ſpaciũ Itẽ tunc angulus contingẽtie poſſet diuidi in duas partes equales p lineã rectã quia illud ſpaciũ poteſt diuidi in duas partes equales Item tunc angulus cõtingẽtie eẽt equalis angulo recto qꝛ poſſibile eſt tãtũ ſpaciũ intercipi a lineis vnius ſicut alterꝰ Itẽ dato ꝙ deus anichilaret ſpacium remanẽtibꝰ lineis ſe tangẽtibꝰ adhuc eſſet angulus igr̃. Forte dicis ꝙ angulꝰ eſt acuties vel obtuſitas. Contra maiorata acutie minoratur angulus et econuerſo igitur.

¶ Octauo angulus non eſt accidens indiuiſibile nec incidẽtia linearũ ergo nõ poteſt eſſe aliud ꝗ̃ res angulata 2a pars ↄñcedẽtis pꝫ qꝛ incidẽtia eſt ens reſpectiuũ ⁊ prima ps probat Cũ 1o qꝛ tũc vnꝰ angulus nõ eẽt maior alio quod ẽ deſtruẽ geometriã et ↄñia patet qꝛ idiuiſibile nec ẽ maius nec minus alio Itẽ nullus angulus poſſet diuidi i duos ãgulos equales Item quero quod ẽ eius ſubiectũ non, ipſe linee qꝛ tũc vbi ſũt maiores linee eẽt maior angulus et ſic angulus acutꝰ poſſet eſſe maior recto nec i ſpacio qꝛ p̃t eſſe angulꝰ ſine ſpacio igr̃

¶ Nono ſtatua eſt corpus de gñe ſubſtãtie ergo ẽ ens naturale Itẽ ſtatua habet materiã admixtã priuationi et formã naturalẽ licet nõ imediate ergo hꝫ principia rei naturalis ⁊ a eſt ens naturale Item ſtat ꝙ arbor creſcat recta per artem et nichilominus erit ens naturale igitur. Item capio lapidem in quo p influentiã celeſtẽ ⁊ reperiatur ymago ſcorpionis et capio aliũ eiuſdem ſpeciei in quo ponitur eadẽ ymago. i ſpẽ per artẽ arguitur. Quicqd habet primus lapis habet ſecũdus in ſpecie ergo

si primus est ens naturale et secundus. Ité demõstrato cipho aureo hoc ens est res naturalis patet quia est aurũ et hoc ens est res artificialis vt liquet ergo res naturalis est artificialis. Item hic ciphꝰ est a natura productus ergo est ens naturale antecedens patet quia est aurum. Item demõstrato auro per alchimiã facto hoc ens est ens naturale et ẽ ens artificiale antecedens patet quia habet principium motus etc. et ꝙ sit artificiale patet quia est ꝑductum ab arte alchimie.

¶ Decimo si statua adderet aliquã formã accidentalem supra lignũ tunc fieret ex subã et accidente per se quod est impossibile. Item tunc statua esset ens per accidens quia dicit subãm cuz accidente. Item statua est subã igitur est hõ vel lapis etc. ergo est ens naturale. Item omnis forma faciẽs cũ subiecto cõpositum est naturalis sed forma artificialis est huiusmodi igitur Itẽ sanũ est ens naturale et tamen sanitas fit per artẽ. Itẽ quando lapis niger scdm extremitates diuiditur tunc a diuidente causatur albedo in lapide et tamen lapis albus est ens naturale licet sit albus per artem igitur ens naturale non differt realiter ab artificiali. Item papirus est res naturalis et tamen fit ab arte igitur añs patet quia habet principium motus et quietis. Item pilliqui per artem nascuntur sunt res naturales et tamen sunt per artem igitur. Item per artem agriculture producitur bladum et racemi et tamen sunt entia naturalia Similiter arguitur de vino quod fit per artem ex racemis vt patet

¶ Ad primum dicitur ꝙ oportet principium passiuum ad hoc esse naturaliter inclinatum. Ad aliud dicitur ꝙ sanatio per se fit ab aliquo sed ꝙ sit in eo qui sanatur est per accidens.

¶ Ad secundũ dicitur ꝙ cum termino reduplicatiuo nõ valet consequẽtia vel dicitur ꝙ serra inq̃tũ est res artificialis. i. per formã quam habet ab arte non est ferrea. Ad aliud dicitur ꝙ ars bene est principium modificatiuũ motus et ita dicatur de naui quia ratione figure aliquãdo motus facilius fit vel velotius. Ad aliud dicitur ꝙ natura scdm boetiuz dicitur 4. modis. Primo pro omni quod ab intellectu capi potest Et sic includit omne ens positiuum et excludit negationes et priuationes Secundo pro subã Tertio vt supra diffinita. Quarto pro differentia essentiali Ex hoc patet quõ anima est natura. S. T. contra gentiles libro 4º. c. 35.

¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ forma domus est indiuisibilis et est in toto cathegoreumatice et in nulla pte Sed contra accidens indiuisibile non est in subiecto diuisibili negatur vt patet de paternitate et vnitate. S. T. q. de aĩa ar. 10. ad 16m. dicit ꝙ forma domus et alie forme artificiales est forma accidentalis vnde non dat esse et speciem toti et cuilibet pti neqꝫ totũ est vnũ simpliciter sed vnũ aggregatiõe Item q. de spiritualibus creaturis ar. 4. ad 4m dicit ꝙ forma domus non dat esse specificũ singulis partibus domus et in argumẽto dicit de forma domus ꝙ non ẽ in quacunqꝫ parte sed in tota domo. Posset tamen aliquis dicere ꝙ forma domus ẽ diuisibilis et ꝙ pars ẽ in parte sed queritur vtrũ ille ptes sint homogenee vel etherogenee quia si sint homogenee tunc quelibet pars domꝰ erit domꝰ Negãt consequentiã quia bipedalitas est totũ homogeneum et tamẽ nõ denominat quãlibet partẽ Sꝫ contra sequeretur ꝙ pedalitas esset eiusdem speciei cuz bipedalitate quia ẽ pars eius homogenea sed probo ꝙ non quia habent passiones specie distinctas bicubitum enim ẽ passio q̃titatis bipedalis et non pedalis vel queritur cuius q̃titatis bicubitum est passio et cuius q̃titatis tricubitum est passio. Si dicas ꝙ sint passiones diuersarum linearũ differentiũ scdm maius et minus et non specie ergo ille passiones non differunt specie quod ẽ falsum per idem argueretur ꝙ rarum et densum fundantur in q̃titatibus specie distinctis. Ad aliud dicitur ꝙ non inconuenit formam domus acquiri in instanti si teneatur ꝙ est indiuisibilis Non tamen dicẽdum est domum fieri i istãti quia factio domus dicit dispositiõem preuiaꝫ Ad aliud dicitur ꝙ casꝰ nõ est possibilis vel dicitur ꝙ tũc esset domus pro formali.

¶ Ad 4m. dicitur ꝙ est forma indiuisibilis existẽs in superficie extrema vel in diuersis superficiebꝰ que sũt eiusdẽ speciei aliquãdo sicut secũdum aliquos eadẽ q̃titas cõtinua numero est in virga pro media pte viridi et pro media parte arida. Cũ hoc tamẽ stat ꝙ aliquomõ vnitas accidentis sumitur a subiecto Sed cõtra si figura domus est idiuisibilis ergo nõ videtur. Item tũc vidẽs medietatẽ domꝰ vel vidẽs corpus infinitũ nõ videret figuram eius quia non videt nisi partẽ et in illa parte nõ est forma artificialis Forte dicis ꝙ non haberet figuraꝫ quia nõ clauderetur termis ideo arguitur aliter vna domus est maior alia ergo forma domus vt sic non est indiuisibilis Item indiuisibilia nõ possũt continuari sed due domus vt sic possunt continuari Itẽ tũc domus posset esse in puncto. Posset tamẽ dici ꝙ sicut gradus caliditatis licet sit indiuisibilis tamẽ vnus est maior alio ita posset dici de forma domꝰ

¶ Ad 5m dicitur secundum S. T. 2a. 2e. q. 96. ar. 2. ad. 2m. ꝙ forme artificialiũ nihil aliud sũt qꝫ cõpositio ordo et figura Ista aũt figura realiter distinguitur a quãtitate et est accidens absolutũ et potest causari a sorte condẽsãte cetã vel etiã ab angelo deinde dicitur ꝙ li que refert qualitatem et ideo nõ cõuenit substantie Superficies etiã dicitur esse genus figurarũ non predicamentale sed subicibile.

¶ Ad 6m patet ex dictis.

¶ Ad 7m. dicunt quidam ꝙ angulus est qualitas indiuisibilis Sed contra quantitas est diuisibilis ergo et figura sed nullum diuisibile componitur ex indiuisibilibus nisi numerus quia indiuisibilia non possunt continuari Posset ergo dici ꝙ est quedam qualitas sub respectu qui est distantis linearum vel superficierũ terminatarũ ad quãtitatẽ Si tamen teneatur angulus esse indiuisibilis tũc dicitur esse vnus maior alio materialiter 2m ꝙ põt esse maior distantia linearum. Et si dicatur ergo vnus angulus rectus posset dici maior alio materialiter. Negatur consequentia Sed tunc practicetur de angulo recto et contingente.

¶ Ad 18m patet per idem Et cum queritur de eius subiecto tenentes angulum esse indiuisibilē dicūt ꝙ nō habet subiectum adequatuꝫ sed fundatur in lineis coincidentibus simul. Nec sequitur ꝙ quāto linee sunt maiores tāto anguli sint maiores qꝛ non fundatur in lineis absolute sed in lineis p respectum terminationis ad contactū Et scḋm istos etiā angulus nō ē ꝑs figure sꝫ pn̄cipiū vel termin⁹

¶ Respōdeo dicendum circa quattuor genera cāsarum plures sunt difficultates quarum vna est. An deus possit quattuor genera causarū suplere z solet cōmuniter dici q non potest supplere gen⁹ cause materialis vel formalis sic q sit materia informata vel q sit forma informās licet potest supplere genus cause efficiētis et forte finalis ita q omnem effectum per se subsistentem deus potest se solo producere. Dicunt etiam theologi q potest supplere materiam sic scz q potest facere accidens sine materia quia ablata influētia cause secūde potest manere effectus per influentiam cause prime sed subiectum est causa secunda accidentium De⁹ autem est causa prima ergo potest dare eē illis accidentibus remoto subiecto eorum. Sed cōtra deus non potest supplere causam formalem sic q aliquid sit album sine albedine ergo non potest predicto modo supplere causam materialem. Itē secundum modum predictum posset facere duas albedines separatas quod est contra. S. T. posset eñi corrampere subiecta earum. Forte dicis q non remaneret eadem albedo sed esset alia Contra quelibet albedo habet aptitudinem ad subiectum ergo quelibet albedo separata eadem numero possz esse in subiecto. Item tertio omnis albedo per se ex secūdo de anima est sensibilis sed albedo separata ab omni subiecto etiam a quantitate non est sensibilis igitur maior patet quia est in tertia specie qualitatis minor patet quia albedo sine q̄titate est indiuisibilis ergo requiritur infinita virtus ad videnduz eam q2 q̄to sensibile est minus tanto requiritur maior virtus. Item impossibile est esse substantiam quin per se subsistat ergo impossibile est esse accidēs quin insit quia posterius essentialiter non potest esse sine priori essentialiter. 5. metha. Sed accidens est posterius essentialiter substantia vt dicit in principio. 7. metha. ĝ. Item diffinitum non potest esse sine partibus sue diffinitionis sed impossibile est diffinire accidens quin substantia ponatur in diffinitione eius igitur. Item album et albedo non idem significant sed albū nō potest esse sine subā ergo nec albedo. Item si accidens potest non habere inherentiam actualem ergo inherentia actualis albedinis distinguitur ab albedine. Sed probo q nō quia queritur in quo p̄dicamento poneretur illa actualis inherētia. Nō eñi potest poni in aliquo determinato predicamēto quia cōuenit nouē generibus accidentiū ergo non est in determinato predicamēto. Item respectua realis nō potest fundari in alio respectu reali ergo ista inherentia actualis non est aliquid distinctum a paternitate que inheret subiecto. Itē inherentia actualis inheret albedini contingenter quero ergo per quid inheret albedini. si dicas per aliam inherentiam actualem procedetur. Si dicas q illa inherentia actualis non inheret per aliam inherētiā pari ratione standum fuit in prima. Itē vel iste respectus actualis est posterior albedine vel prior. Si posterior ergo non repugnat albedinē eē naturaliter absq subiecto. si prior ergo non potest concipi sine actuali inherentia. Forte dicis q hoc est verum scđm phm̄. Contra philosophus in ca. de vacuo querit si esset spaciū in quo tantum eēt color aut sonus vtrum ibi esset vacuuz et respondet q sic si eēt receptiuuz corporis. Manifestuz est autem q hec questio ex prio intellectu eī⁹ icluderet cōtradictoria si color nō possz cōcipi sine actuali iherētia ad subiectū cū subiectū ei⁹ nō possit eē nisi corp⁹ Et sic nō tñ esset color sz ēr corp⁹ Et p ɔ̄ns nō eēt vacuū ¶ Ad istas rōnes phi dicēt theolog⁹ q nō ē simile de effectu formali et de mā in qua Et si dicatur effectus formalis realiter distinguitur a forma ergo deus potest ipsum facere sine forma Negatur consequētia cetera soluūt ex opere nr̄o de ente et essentia Quibusdem videtur q qualitates non possūt esse sine subiecto quo quod est quantitas sola autem quantitas potest esse sine omni subiecto Sed cōtra Beatus thomas dicit albedinem posse esse separatam Item qualitas est perfectior q̄titate ergo potest esse sine subiecto Forte negas antecedēs quia q̄titas propinquior est perfectiori simpliciter scilicet substantie ergo est perfectior sed hoc nichil est quia sapiētia et similes qualitates videntur magis conuenire cum sapiētia increata q̄z q̄titas Alij dicūt q qualitates non sunt in quantitate quia accidens non potest esse subiectum accidētis. Sed contra quod predicatur per se 2°. modo de alio est in eo sed ī sciētia mathematica demonstrando passiones de accidētibus ergo sunt in eis quia motus est subiectum velocitatis et tarditatis Et equalitas fūdatur in quantitate.

¶ Nunc considerandum est an deus suppleat omne genus cause efficientis et de hoc dicit S. T. li. 3. contra gentiles ca. 69. q auicēna posuit omnes formas substantiales ab intelligentia agente effluere accidētales autem formas eē ponebat materie dispositiones que ex actione inferiorum agētium materiam disponentium prouenirebant. Auicebron. in lib. fōtis vite dicit q nullum corpus est actiuum sed virtus substantie spiritualis pertransiens per corpora agit actiones que per corpora fieri videntur Hec etiam est opinio quorūdam maurorum vt narrat Raby moyses de potentia. q. 3. ar. 7. Et si obiceret cōtra eos q ex applicatiōe ignis ad calefactibile semper sequitur calefactio nisi sit impedimētū ergo ignis est causa caloris per se Dicebāt q de⁹ ita statuit vt iste cursus seruaretur ī rebus q nunq̄ ipse calorem causaret nisi apposito

igne. Sed isti destruunt ierarchiã naturalem quã alij vocant cathenam auream secundum quam inferiora reguntur et causantur o superioribus per causas naturales medias. Item hec positio repugnat sensui. Si em̃ ignis non generat calorẽ tunc per calorem et sensationem non possemus iudicare ignem esse calidum quia nec sensatio nec calor quem percipimus secundum istos est ab igne. Itẽ tunc forme ꝛ virtutes naturales frustra essent collate reb⁹ sicut si cultellus non incideret frustra haberet acumen. Item qui dat principale dat ea que sequuntur ad illud sed facere aliquid actu consequitur ad esse in actu vt patet in deo igitur. Item tunc per nullum effectum manifestaretur virt⁹ alicuius cause create et sic non posset virt⁹ creata cognosci. ¶ Alij dixerunt ꝙ deus nullo modo cõcurrit ad actionem rerum naturalium. Sed res naturales sic sunt institute vt nulla alia causa concurrente possint agere. Sed ꝯtra hoc obicit discipl⁹ quia tunc deus non esset naturaliter prescius futurorum quia si voluntas hominis sit totalis causa sui actus voluntatis sine deo ergo q̃tumcũq; voluntas diuina ponatur determinata ad vnam partem adhuc poterit voluntas creata aliter velle et sic nõ erit certitudo in sciẽtia dei. Item tunc deus non esset omnipotens quia potest a voluntate impediri. Non em̃ potest scire actum volũtatis mee esse nisi voluero.

¶ Notandum preterea ꝙ circa actiones rerũ due sunt opiniones solemnes doctoꝝ subtilis in. 4. d. 12. q. 3. tenet accidens se solo posse agere et producere quasdã formas accidentales non autem substantiales quia accidens non potest producere vniuoce formam substantialem cum sit alterius generis nec equiuoce quia causa equiuoca semper est ꝑfectior suo effectu sed accidens non est perfectius substantia ergo non potest eam producere. Si em̃ inquit non omnis causa equiuoca sit ꝑfectior tunc posset dici ꝙ musca est perfectior deo quia non potest hoc alr̃ improbari nisi qr de⁹ est causa equiuoca musce. Et similiter posset dici ꝙ totum vniuersũ est factum a musca licet sit perfectius ea. Contra suam opinionem ipse instat quia albedo est causa equiuoca sue intellectionis et tamen non est perfectius ea quia est ens spirituale. Item secundũ galienum in semine est quedam virtus formatiua fetus que tamen non est nobilior fetu cum sit accidens. Item multa animalia generantur ex putrefactione que sunt nobiliora putrefactis et ipso celo quia quodlibet animatum est perfectius inanimato celum autẽ inanimatum est. Ad ista dicit ꝙ albedo nõ est causa totalis intellectionis. sed ita posset dici ꝙ quando substantia generatur ex accidente tunc non est causa totalis sꝫ concursus generalis dei coagit. Aliter arguitur ab eodem quia accidens separatum vtputa calor potest in aqua ꝓducere tantam caliditatem ꝙ expellet formã substantialem aque ergo producet aliam formam substantialem quia materia nõ potest esse sine forma nec potest annichilari. Hic respondet vno modo ꝙ caliditas licet q̃tum est ex parte sui possit producere quẽlibet gradũ in passo tamẽ hoc repugnat sibi in hoc casu ex parte passi. Et si queratur an possit producere gradũ caloris incompossibilẽ forme substantiali ipius aque dicit ꝙ hoc implicat quia si talis gradus sit in aqua iam non est incompossibilis forme aque quia nihil manet sub aliquo sibi incompossibili. Sed contra tunc nunq̃ alterãs per alterationem corrumperet subãm qr nunq̃ producit gradum incompossibilẽ alterabili. Concedit illatum quia prius naturaliter nõ corrumpitur per aliquid posterius naturaliter sed quicquid est inductum ab alterante est posterius forma substantiali rei alterabilis ergo per nullum tale corrumpitur substantia alterabilis sed substantia solũ corrumpitur a substantia. Sed cõtra tũc minima gutta aque nõ posset corrumpi a maximo calore separato si circundaretur eo. Respondet concedendo vel dicit ꝙ corrumperetur ab agẽte vniuersali scꝫ celo ad quod est fuga naturalium vel si celum non sufficeret recurrendum est ad deum. nec hoc est fugere ad miraculum quia deus regulariter supplet impotẽtiã nature. Aliter arguitur manifestum est ꝙ forma ignis nõ põt stare cũ quacunq; frigiditate nec sine aliqua caliditate ponam⁹ g° ꝙ nõ possit stare cum frigiditate vt. 6. nec sine caliditate vt. 4. tũc sic frigiditas vt. 10. separata ꝑ tẽps cõtinue agẽdo ꝓducit quẽlꝫ gradũ frigiditatis ĩfra. 6. g° i fine tẽporis forma ignis est corrupta. Item illa frigiditas est corruptiua vnius gradus caliditatis ipsius ignis ergo et cuiuslibet quia omnes grad⁹ sũt homogenei. i. vnius speciei et resistentie. Item arguit aureol⁹ secundum phm̃ generatio et alteratio sũt due mutationes habẽtes necessario concomitãtiã. Nam impossibile est ꝙ alteratio sit vltima quo ad terminum quin in eodẽ instãti sit forma substantialis et dispositio vltima semper est ab eodeꝫ a quo est forma substantialis sed ab accñte secũdũ se sũpto siue separato potest eẽ dispositio vltima vt prius patuit ergo et forma substantialis alteratio enim aliquomodo terminat̃ ad formã substãtialẽ. Deinde pro solutione alterius argumẽti de semine dicit scotus in 2. d. 18. ꝙ semẽ cuiuscũq; agentis est imperfectius eo vnde nõ est principiũ actiuũ generatiõis vel vltime forme substantialis. Et si queratur a quo ergo gñantur animalia viuẽtia dicit ꝙ ab angelo vel a deo. Nõ ab angelo quia ãgelus nõ agit nisi mediãte motu celi relinquitur ergo ꝙ a deo. Sed cõtra sequeret̃ ꝙ equus nõ gñaret equũ nec homo generaret hoiem qr q̃ro vt̃ pr̃ gñat gñ est ꝛ hoc nõ opꝫ. Generat ergo quãdo est mortu⁹. Sed tũc nõ est nisi ĩ ꝟtute q̃ est ĩ semine ergo ꝟtus que est ĩ semĩe est pĩcipiũ actiuũ geniti sed hoc vĩ det̃ coincidere cũ opĩone mauroꝝ et auicẽne. Itẽ caliditas ꝓducta ex reflexiõe radioꝝ solariũ ĩ speclo cõcauo ꝓducit formã substãtialẽ ignis vt experiẽtia ꝓbat ꝛ tñ nõ vr̃ aliqd̃ agẽs pticlãte aliud cõcurrere igr̃. Itẽ ex forti ꝑcussiõe duoꝝ lapidũ gñatur ignis q̃ nõ ꝓducit̃ nisi ex vehementi motu eoꝝ dico g° ꝙ accñs ĩ ꝟtute sbẽ aq̃ tñ ẽ sepatũ põt ꝓducẽ subãm sed nullũ accñs virtute ꝓpria producit substantiam. Secundum patet quia nullus effectus

adequat⁹ virtuti superiori pōt pduci a virtute inferiori tanq̄ a cā totali vt pz ex rōe adequatiōis sz effect⁹ vniuoc⁹ q̄ est subā ē adequat⁹ cāe vniuoce q̄ ē subā q2 causa vniuoca habet pro termino adequato effectum vniuocū quia si produceret aliquod nobilius se tunc esset equiuoca. Sed omne accidēs est inferius substantia ergo nulla substātia potest ab accidente virtute propria produci. Et ideo per hoc sufficienter potest probari ꝙ deus est ens perfectissimum vt patz ex S. T. 1ª. q. 4. ar. 2. vbi ait ꝙ quicquid perfectionis est in effectu oportet inuenire in causa effectiua vel scd̄m eandem rationem si sit agens vniuocum vel eminētiori mō si sit agēs equiuocum. Deinde dicitur ꝙ forma substantialis nunq̄ agit mediātibus qualitatibus actiuis z passiuis vt dicit. S. T. 3ª. q. 77. ar. 3. ad 3m. vnde accidentia sunt quasi instrumenta ipsius substātie.

¶ Contra hec arguitur destructo priori essentialiter destruitur posterius sed esse est prius q̄z agere et esse accidentis est inesse ergo si accidens sit separatum ipm nichil agit. Item actiones sunt suppositorū vt patet prio metha. sed accidens nō est suppositum igit͛. Item mathematica non agunt sed accidens separatum a q̄titate est ens mathematicum ergo non agit maior est philosophi. 3. metha. Et S. T. dicit 1ª. q. 5. ar. 3. ad 4m. ꝙ entia mathematica abstrahunt a ratione finis et sic non habēt rationem mouentis.

¶ Secundo. 1. de ge. dicitur ꝙ agens et paciens debent cōicare in materia sed accidens cum nullo cōicat in materia. Item accidens separatum non est extensum ergo non habet moduz q̄titatiuū et per consequens non est actiuū patet consequētia q2 ad hoc ꝙ agens naturale agat oportet ꝙ sit approximatum passo approximatio autē fit secundū situm qui cōuenit tantū extensis et quantis.

¶ Tertio si accidens separatuz haberet suā actionem ergo species intelligibiles separate ab intellectu poterunt intelligere et potentia currendi separata ab homine poterit currere. Item tunc accidens separatuz posset moueri quia grauitas separata ageret ergo descenderet quod tamen est falsum quia nichil mouetur nisi corpus. Item tūc aliquid citra deum esset sua potentia actiua quia caliditas separata ageret per suā essentiam sicut quādo erat in subiecto. Item si accidens separatur p miraculum ergo cessante miraculo et approximata subā accidēs naturaliter faciet se inherere substantie a qua prius fuit separatū patet sic q2 prius fuit separatū p miraculum gº cessante miraculo rebus exn̄tibus in sua natura nō erit amplius separatum z sic albedo effectiue faciet subiectum albū. Itē si accidens hz miraculose p se esse ergo hz esse substantie q2 p suū eē q̄d est inesse nunq̄ pōt habere per se esse vel per se subsistere q2 subsistere ē de predicamēto substantie nō autē esse accidentis.

¶ Quarto arguitur pro auicēna q̄titas impedit actionē sed omne corpus est q̄tuz ergo nullū agit aīs ptz q2 ponderosa non possunt moueri ergo q̄titas impedit motū. Itē forma nō fit ex aliquo q2 non hz materiā ptem sui ergo creatur ergo ē a solo deo. Itē accidens nō transit de subiecto in subm̄ gº actio corporis nō pōt transire in aliqd̄ passum.

¶ Quīto vel de⁹ et natura agūt vna opatiōe vel duab⁹ nō primū quia sunt alteri⁹ nature z vna opatio nō pt eē in duobus nec scd̄z quia due opatiōes non possunt terminari ad idē factuz forte dicis ꝙ terminantur ad idem secundum prius z posterius Cōtra natura imediate atingit effectū z similiter deus igitur. Item conseruare rē non est operari p illā rem sed deus non agit in rebus nisi eas cōseruando et eas instituit vt possent sine alio operari ergo deus non operatur in rebus si eīm operaretur hoc esset aliquid cōferēdo rebus sed tūc quero an illud sufficit ad hoc ꝙ res naturalis agat absq̄z cōcursu dei vel nō si primum ergo eadē ratiōe potest dici ꝙ virtus naturalis sufficiebat si secundū tunc oportebit ꝙ iterum aliud faciat anteq̄z res agat z sic in infinitum.

¶ Sexto tunc idem produceretur necessario z cōtingenter quia a deo res producuntur libere z per consequens possunt non produci et a natura producuntur naturaliter ergo necessario. Item actio dei et creature distinguūtur ergo possunt separari ita ꝙ erit actio creature sine actione dei. Item tūc voluntas nō esset libera quia non potest agere nisi supposita actione dei sed non est in sua potestate ꝙ deus agat. Item deus est causa sufficiens ergo superflue ponitur actio creature Item deus producit totum vel partem effectus si primum ergo agens naturale nichil facit si secūdum ergo alteram partem agens naturale producit se solo.

¶ Septimo in generatione hominis de⁹ se solo producit animam ergo hoc etiam potest teneri in generatione aliorum animalium ꝙ scilicet solum disponunt materiam ad susceptionē forme si enim dicas ꝙ celum sufficit ad producendum animalia genita ex putrefactione pro quanto agit in virtute intelligentie ergo etiam celum agens in virtute itelligētie cū homine poterit producere animā ipsius hominis. Forte dicis ꝙ materia est in potētia ad animam vegetatiuam et sensibilem non autem ad animam rationalem Contra Ex anima ratiōali et materia fit ens naturale per se ergo materia se habet vt potentia Item non sequitur homo generat hominem ergo producit animam rationalē ergo etiam non sequitur in alijs rebus.

¶ Octauo arguitur ꝙ per generationem naturalem non producatur forma naturalis quia forma prefuit ante generationem igitur. antecedens pz quia philosophus dicit in 16º de animalibus ꝙ virtus que est in semie est sicut filius de domo patris egrediens sed filius est anteq̄z egrediatur de domo et est eiusdem speciei cum patre ergo semen est eiusdam speciei cum patre ergo habet animam q̄n adhuc est in patre. Item arguitur ꝙ in semine nō est principiū actiuū generationis ipsius forme q2 tunc idem corrumperet se quia ad introductionez illius forme sequitur corruptio seminis et per consequens omnium accidentium eius.

Item principium vni forme non est principiū actiuum diformitatis nisi passiuum, sit difforme sed sa

men est vnifforme et vnigenitum et similiter materia ergo non potest alterari ad tantam diuersitatē quanta apparet organis ex suis geniti scilicet corporis organici.

¶ Nono arguitur ꝙ substantia agat non mediante qualitate quia subiectum producit effectiue suas potentias scdm. S. T. 1a. q. 77. ar. 6. ad. 2m. et nō mediāte alia qualitate. Itē aqua calida reducit se ad frigiditatē et non mediāte alia qualitate Forte dicis ꝙ inanimata non mouent se et per cōsequens ꝙ aqua non reducit se ad frigiditatem. Contra forma est magis natura ꝙ̄ materia sz materia est principium passiuum motus naturalis ergo forma est principiuz actiuū. Forte dicis ꝙ aqua reducit se ad frigiditatē actualem per aliquā qualitatem que vocatur frigiditas virtualis et hec est instrumentum forme substantialis. Sed cōtra forma substantialis aque non distat ab aqua ergo nō requirit instrumentum. Item in primo instanti eē ipsius aque tunc producit istam frigiditatem virtualem querentur ergo mediante quo Forte dicis ꝙ aqua nunꝙ̄ est difformiter frigida ꝛ ideo vna pars alterat aliam et eam reducit ad frigiditatem. Sed contra a proportione inequalitatis nō fit actio ergo pars que est calidissima non potest ab alia reduci ad frigiditatem. Itē lapis seclusa grauitate inclinatur ad descendendum deorsum ergo potest sine alio medio producere motum deorsum. Item illa forma est immediatum principium agendi in qua generans et genitum assimilatur sed generatum assimilatur maxime generanti in forma substantiali. Secundumquid autē sibi assimilatur in accidentibus ergo forma substātialis sine alio medio est principium actionis. Itē nisi substantia immediate produceret accidens procederetur in infinitum. Item substantia est prius accidente ergo actio substantie est prior actione accidentis sed in illo priori accidens non agit igitur.

¶ Decimo probatur ꝙ accidens existens in subiecto non solum est agens instrumentale et forma substantialis agens principale vt dictum est quia calor aque calefacte calefacit principaliter. Forma eni eius potius frigefaceret. Item posita frigiditate aque manus frigesit omni alio secluso nō autem econuerso puta si ponatur aqua sine frigiditate ergo frigiditas est totalis causa. Item quando vapor eleuatus ascendit sursuz ille motus causatur a leuitate tantum et per hoc posset probari ꝙ leuitas est natura. Item tunc omnis motus eēt naturalis vtputa quando aqua calefacit manum quia hoc esset a forma eius. Et similiter arguitur de motu sursum qui est per leuitatem.

¶ Undecimo deus prius producit res ꝙ̄ agēs naturale quia prius est deus agere ꝙ̄ agens naturale agere non eni conuertitur subsistendi consequētia ergo prius res est ꝙ̄ agens naturale agat sz qd iam est a nullo potest produci igit. Item deꝰ nunc eodem modo se habet sicut haberet si produceret res se solo terminaret totaliter productionem rei ergo et nunc. Item cōmen. dicit. 9. metha. C. 7. ꝙ moderni ponunt vnum agens omnia entia causare sine medio scilicz deum et conuenit illis dicere vt nullum ens habeat propriam actionem naturaliter et per consequens non habebunt essentias proprias. Actiōes enim nō distingūtur nisi per essentias diuersas Et ista opinio est valde extranea a natura hominis. 12 ꝛc̄. Item oē calidum est a primo calido ergo omne esse est a primo efficiente et non ab agente naturali.

¶ Ad primum dicendum ꝙ accidens non dependet a subiecto essentialiter et ideo nō est essentialiter posterius. Sed cōtra actio accidēns et actio substātie hn̄t ordinē eēntialē ꝗ actio accn̄tis ē eēntialiter posterior ideo dicunt alij ꝙ actio accidentis non posset esse sine substantia nisi deꝰ suppleret vicem substantie. i. causalitatem. Sed de hoc alias. Ad aliud dicunt quidam illam propositionē nō haberi in phō sed bn̄ dicit philosophus ꝙ actiones sunt singularium aliter tamen dicitur ꝙ accidens separatum habet modum suppositi. Sz queritur cum abstractum non predicetur de concreto. An ista sit vera albedo separata est agens et calefaciens Dicendum ꝙ sic. Ad aliud dicitur ꝙ quantitas habens accidentia naturalia non est ens mathematicum et ideo potest agere. Sed an ꝙ̄titas sine accidentibus videretur dicendum ꝙ non licz vocetur sensibile per se. 2. de anima.

¶ Ad secūdum dicitur ꝙ hoc verum est de agētibus vniuocis Ad aliud dicitur ꝙ accidens separatum a substantia adhuc est in quantitate et ꝑ consequens extensum vtrum autem seclusa quantitate ageret de hoc postea.

¶ Ad 3m. dicitur ꝙ species et qualitas non sunt principium totale suarum operationū et ideo separata non possent eas exercere Sed cōtra calor etiā non est totalis causa quādo est in homine ipsius calefactionis Item species in visu videtur esse totalis causa visionis ideo videtur quibusdam ꝙ species et charitas separata possent introducere suos actus in anima quia S. T. dicit prima parte ꝙ nichil differt adhoc ꝙ forma sit principiuz actionis ꝙ sit inherēs vel ꝙ sit per se subsistens. q. 56. ar. 1. Sed dico ꝙ nō est simile de istis accidētibus spiritualibus et alijs quidam dicunt hec accidentia non posse separari quia non indiuiduātur seipsis vt ꝙ̄titas sed contra anima separatur. De calore dicitur ꝙ deus communicaret sibi potentiā actiuam quod si non faceret forte nō ageret vel dicitur ꝙ nulla substantia circa deum est sua potentia actiua Ad aliud negatur consequētia Ad aliud dicitur ꝙ esse quod prius habebat accidēs quādo erat i subiecto nūc ē eē ꝑ se accn̄tis ꝛ priꝰ hēbat illd eē erat tamē in potētia obediētie vt eēt per se non secundum propriam naturam et ideo non est de genere substantie.

¶ Ad quartum dicit. S. T. lib. 3. contra gentiles ca. 69. ad quartū ꝙ quantitas non impedit actionem forme nisi per accidens vnde corpus quod habet minus de materia et plus de forma sicut ignis est magis actiuum. Ad aliud dicitur ꝙ forma non fit vel si fiat habet naturam in qua quod sufficit.

¶ Ad quintum dicit. S. T. de potentia. q. 3. ar. 7. 3m. ꝙ deus et natura immediate operantur idem duabus operationibus subordinatis. Quidam dicunt ꝙ deus immediate attingit formaȝ rei immediatione virtutis quia nulla causa attingit suum effectum nisi virtute prime cause eo ꝙ prima causa applicat quodlibet agens ad operationem sȝ agētia naturalia agunt immediate immediatione suppositi. ¶ Ad aliud dicit ibidē ad septimū ꝙ id quod a deo fit in re quo actualiter agat est vt intentio sola habens esse incompletum per modum quo colores sunt in aere ꝛ sic nō proceditur in infinitū Albert⁹ magnus cōmento suo. 29. vult cōcordare auicennam tum alijs capitulo. 3.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ idem effectus producitur a deo et ab agente naturali necessario necessitate nature. Ad aliud dicit. S. T. de potentia q. 3. ar. 7 ad. 23m. ꝙ volūtas dicitur hebere dominiū sui act⁹ non per exclusionē cause prime sed quia causa prima non ita agit in voluntate vt eam de necessitate ad vnum determinet. Et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis. Sed contra voluntas quantum est de se est indifferens ad plures actus eiusdem speciei ꝙ ergo producat hunc et nō illum hoc est quia a deo determinatur. Negatur consequentia sed est ex libertate voluntatis. Ad aliud dicit ibidem ad 16m. ꝙ deus perfecte operatur vt causa prima requiritur tamē operatio nature vt causa scd̄a non absolute sed vt seruetur ordo in rebus. Ad aliud dicitur ꝙ de⁹ producit totum sed non se solo nisi vno modo vide. S. T. contra gentiles libro. 3o. c. 70. ad 3m.

¶ Ad septimum dicit ibidem ar. 11. ad 15m. ꝙ anima rationalis excedit totū ordinē corporaliū principiorum vnde nullum corpus potest agere etiam vt instrumentum ad eius productionem. Sed contra homo generando disponit materiā ad formaȝ rationalē ergo agit instrumentaliter ad eius productionē. Negat cōsequentia qꝛ anima rationalis excedit modum actionis vt inquit. S. T. opus. 32. quia non est forma materie penitus immersa. Generatiua eīn potētia hominis non est tota virtus anime humane sed vna pars eius que conditiōes materie non excedit. Et ideo in generatiōe hominis non attingitur ad idem specie ex vi generationis sicut in alijs ꝗtuntūqȝ eīn materia secundum naturam disponatur ad aīam humanam deus tamen posset eam non creare. Sed contra oē agens agit sibi simile et omne agens agit per virtutē forme ergo illud quod agens agit est forma facti ergo forma hominis geniti est per actionem generātis alias generatio hominis non esset actio vniuoca nec filij assimularentur parētibus ꝗtum ad dispositiones anime. Item quicunqȝ dat vltimum cōplementuȝ operationi alicui ille operatur formā ymo sanctus thomas dicit de veri. q. 8. 3. ar. ꝙ dispositio vltima est naturalis et ab eodē a quo ē forma substantialis sed ab homīe est dispositio vltima ad animā rationalē. Item homo est perfectior alijs animalibus ergo stante solo concursu generali dei hō gn̄aret hoīem. ꝛ phūs dicit. 16. de aīalib⁹ ꝙ in gn̄atione femina dat corpus ꝛ anima est ex mare.

Item si deus non necessario infundit animam ponam⁹ ergo ꝙ eā nō īfūdat et tūc ꝗrit quid erit illud quod remanebit ex generatione hominis vel erit homo vel brutum Item quare deus nō posset communicare homini illam virtutem vt generaret hominem secūdum formam Item homo stāte concursu dei generali est corruptibilis ergo et est generabilis Forte dicis ꝙ nō est possibile quin deus animam illam infundat facta dispositione Hoc nihil est quia recta argumentatio et probatiua fūdatur aliquādo in aliquo impossibili quia philosophus. 4. phisi. probat ꝙ tempus nō est motus celi qꝛ tūc posito ꝙ essēt plures mot⁹ celi seqͤretur ꝙ essēt plura tēpora Respōdet. S. T. ibidē ar. 9. ad 5m. ꝙ homo generat sibi simile per virtutem anime rationalis non ꝙ ipsa sit immediatum principium in generatione humana agens sed vis generatiua in semine patris agēs in virtute anime rationalis Deinde dicit ad 6m ꝙ quādo for̄a est subsistens ad hoc ꝙ agens generet sibi simile vniuoce non oportet ꝙ sit causa forme sed ꝙ sit causa vnionis talis forme ad materiam Et idem ponit ad 26m. Sed contra Si homo esset solum causa vnionis sequeretur ꝙ actio hominis nō terminaretur ad substātiam et sic nō esset generatio Negatur consequētia vt patet ibidem ad 19m. Si dicatur illa vnio ē relatio ergo non terminat actionem generātis dicitur ꝙ vnio capitur pro natura habēte partes vnitas Alia argumēta bene procedcrēt si anima esset alio modo factibilis ꝗ per creationem Et cum queritur. Si deus non infunderet animam rationalem in qua specie esset illud cōpositum potest dici sicut de embrione ꝙ nō esset ī genere vel specie nisi per reductionem vt dicit. S. T. ibidem ad 10m Alij dicunt ꝙ haberet animam sēsitiuam multo perfectiorem ꝗ sit aīa cuiuscūqȝ bruti ꝛ ibidem. ad 29m. dicit ꝙ verbum philosophi itelligēdum est de aīa sēsitiua.

¶ Ad octauū dicit. S. T. ibidem ar. 12. ad 3m. ꝙ virtus non assimulatur filio egredienti ꝗtum ad cōplementum speciei sed ꝗtum ad acquisitionē. Sȝ queritur quō ille qualitates que sunt in semine producunt formam substantialē. Dicendum ꝙ eam producunt pro quāto agunt in virtute substātie generantis. Contra quero quid intelligitur per istā virtutem non aliqua subā ergo accidens tūc vel istud accidens aget virtute propria vel per aliquā virtutem quā habuit a substantia ipius generantis Si primū ergo accidens virtute propria producit substantiaȝ. Item causa in actu et effectus in actu sunt simul ergo ipsuȝ generans nullomodo potest dici agere per istam virtutem positam in semine.

¶ Item nichil est causa instrumentalis respectu illius quod non est quia instrumentuȝ est mouens motum ergo virtus que est in femine non agit tāꝗ instrumentum generantis quia forte generans ē mortuus. Dicendum ꝙ agit virtute substantie a qua prius informate per quam virtutem intelligimus primo ipsum accidens resoluendo locutionē trāsitiuam in intransitiuam quod quidē accidēs in substantia fuit virtuosius ratione subiecti ꝗ natū est

esse ex proprio genere ideoq̃ dicitur virtus substãtie et est nobilius seipso sumpto scd̃m propriã rationem. Sicut etiam calor hominis ratione subiecti nobilior est calore plante aut ignis. 2° ipsum eẽ accidentis quod in subiecto acquisiuit et est accidẽte nobilius vtrumq̃ horum dicitur virtus substantie. i. quã habuit a substantia et in subã saltem materialiter et retinuit vlterius dicit petrus de palude ꝙ potest agere virtute dei et celi qua agebat in substantia sed has duas virtutes recipit accidens subiectiue et transitiue. A proprio autem obiecto accipit virtutem intransitiue licet autem talis substantia in proposito nõ sit in se est tamen in suo effectu et per illum agit et ip̃e effectus quãdiu retinet virtutem substantie tamdiu mouetur ab illa.

¶ Notandum ꝙ scd̃m capriolum totale agens dicitur dupliciter. Primo ex parte effectus quia scilicet totum effectum producit et sic agens instrumẽtale posset dici totale licet non sit perfectius effectu. Secundo quia producit se solo exclusis prioribus causis. Et notandum secundum. S. T. vbi supra ar. 9. ad. 16m. ꝙ virtus formatiua que in principio est in semine manet adueniente anima rationali et que prius fuit formatiua corporis fit postmodum corporis regitiua. Et scd̃m hoc idem non corrumpit se. Alij dicunt ꝙ aliquid ꝑ accidens est corruptiuum sui sicut phenix dicitur comburere se et lignum mouet se deorsum et aliquando cadit infra ignem. Sed dices inanimata non mouent se. Pro quo vide. S. T. opus. 32. Ca. 1. ꝙ leue quandoq̃ dicitur actiuũ et qñq̃ passiuũ principium motus vt est eius instrumentum generantis potest dici principiũ actiuum motus quo. Deinde dicitur ꝙ principium vniforme vt est instrumentum aĩe est principium difformitatis.

¶ Ad nonum dicunt quidam ꝙ subiectum nõ proprie efficit suas potentias. Sed ꝯtra. S. T. opus. 70. q. 5. ar. 4. ad. 4m. dicit ꝙ subiectum se habet ad aliqua accidentia non solum vt potẽtia passiua sʒ etiam vt potentia actiua. ideo aliqua accidẽtia naturaliter perpetuantur in subiectis suis. Itez oĩs potentia mere passiua est contradictionis vt dicit 9. metha. Substãtia autẽ respectu proprie passionis non est in potentia contradictionis hoc est ꝙ possit eas habere et nõ habere ergo non est soluz causa passiua eius sed efficiens. Sed hic dicit Capriolus negando maiorem et patet instãtia de materia celi respectu figure. Quicquid ergo sit dico ꝙ substantia non est causa effectiua suarum passionũ per modum transmutationis sed per modum simplicis emanationis. Ad aliud dicitur ꝙ natura ꝑ se est pricipiũ motus nec ab aqua potest omnia frigiditas actualis remoueri ideo cessat argumentũ. Quidã dicunt ꝙ ab aere circũstante reducitur ad frigiditatem. Contra aliquãdo aqua fit magis frigida q̃ aer circũstans sed a proportione inequalitas non fit actio igitur. Item ponat in vacuo. Itẽ tũc aqua semper fieret et summe frigida quia aer circũstans vel celum ea facilitate qua corrũpit vnum gradum frigiditatis etiã corrumpet quẽlibet. Alij dicunt ꝙ propter densitatem producit in se frigiditatem. Sed contra ferrum frigescit tamen non condensatur. Et dico ꝙ satis probabile est ponere frigiditatem virtualem quã etiam ponimus ꝙ et omnia alia patent ex dictis.

¶ Ad decimũ dr̃ ꝙ nõ est incõueniẽs in actionib⁹ non naturalibus ꝙ forma substãtialis subiecti nõ sit principale principium actionis vt patet apud theologos in sacramentis sed generans vel celuz cum talibus accidẽtibus principaliter agit secus autem est in alijs actionibus.

¶ Ad vndecimum dicitur non ideo dicitur de⁹ prius naturaliter agere q̃ causa secunda quasi agat in aliquo instanti nature in quo res naturalis nõ agit sed quia eius actio nõ dependet ab agẽte naturali sed ecõuerso. Deinde dico ꝙ aristoteles nõ voluit excludere a rebus actionẽ cause prime quicquid sit de cõmentatore. Ad aliud dicitur ꝙ idẽ effectus est a deo et a natura sed diuersimode vnde esse in vniuersali acceptum est a deo tanq̃ a causa vniuersali sed esse tale vel illud est ab hoc agente et Notandũ ꝙ primum agens quadrupliciter cõcurrit ĩ actiõe nãli 1° dãdo agẽti nãli formã ⁊ ꝟtutẽ 2° ip̃m ꝯseruãdo 3° applicãdo ei⁹ ꝟtutẽ ad op⁹ 4°. producit rẽ ipsã cum agente naturali.

¶ Sequitur in textu dicitur aũt fortuna.

¶ Circa hũc textum querũtur quinq̃ primo An casus et fortuna sit in cõtingẽti ad vtrũliber Secundo an fatũ imponat reb⁹ necessitatem Tertio an natura appetat producere mõstrũ. Quarto an secũdum phm̃ cõtingẽtia rerũ stet cũ scia dei Quinto An necessitas in rebus sumat ex ꝑte materie vel ex parte finis vel cause proxime.

AD primum sic proceditur videtur ꝙ casus et fortũa sint ĩ cõtingẽti ad vtrumlibet per rationes auicẽne quas ponit albertus magnus circa textum commẽti 48. quia cõtigẽs ad vtrumlibet se habet equaliter ad esse et nõ esse et sic nõ est magis determinatũ ad vnum q̃ ad alterum Si ergo eueniat hoc erit a casu Sed cõtra est S. T. auerrois alexander et themistius.

¶ Respõdeo dicẽdum secũdum S. T. lec. 7. ꝙ q̃dam negauerũt casum et fortunã propter duas rationes Prima quia omnia ista que dicũtur fieri a casu vel fortũa ĩueniũtur hr̃e aliquã causam determinatam aliã a fortuna Itẽ nullus ãtiquoꝝ sapiẽtum determiauit de casu et fortuna ergo signum ẽ ꝙ nõ est casus et fortuna Sed cõtra hos arguitur primo dato ꝙ nõ esset casus neq̃ fortuna tamen peccauerũt ãtiqui nõ determinãdo de ea quia si nichil fiebat a fortuna debebant de ea determinare ostẽdẽdo nichil fieri a fortũa Itẽ empedocles ponebat casũ ⁊ fortunam dicit eñ ꝙ plurime ꝑtes animalium fiunt a fortuna sic ꝙ in prima constitutione mundi fiebant capita sine ceruice. ¶ Item democritus dicebat ꝙ ex concursu athomoꝝ per se mobilium casualiter constitutus est mũdus ⁊ celum. Contra quẽ arguit phũs quia scd̃m eũ anima

lia et plante non fiunt a fortuna sed ab intellectu vel natura quod ex hoc patet quia non ex quocū𝔮 semine aliquid generatur sed ex determinato semine fit homo ergo multo magis in celo nihil fit a casu qꝛ celestia sunt diuiniora et sempiterna. Jtē nichil videmus in celo quod fiat a casu multa autem videmus in istis inferiorib⁹ a casu cōtingere. Tertia est opinio dicentiū fortunā esse causaꝫ. Et illa erat deus immanifestus intellectui humano q̄ ordinat omnia. Sed isti abusi sunt vocabulo fortune quia res secundū ꝙ comparantur ad eum amittūt rationem fortuiti quia aliquid vocatur fortuitum scd̄m ꝙ nō est ordinatum.

¶ Notandū preterea ꝙ ph̄us hic ponit tres diuisiones ad inuestigandū diffinitionē fortune. Quedam ei sunt que fiunt semper vt ortus solis. Quedam sicut frequenter vt ꝙ homo nascatur oculat⁹ Neutrum autē horum dicitur esse a fortuna Sed quedam fiunt in paucioribus vt ꝙ homo nascat̄ cū sex digitis. Et hec dicuntur ab omnibus fieri a fortuna aliquid est. Jtem quedam fiunt propter finē quedam vero nō. Et dicūtur hic illa non fieri propter finē que nō fiunt propter finē deliberatum sꝫ que finē ymaginatū tertia diuisio Eorū que fiūt propter finē Quedā fiunt scd̄m voluntatē et quedam nō sed fiunt a natura sed illa que fiunt a voluntate dicuntur fieri a proposito. Et que fiunt propter finem fiunt semper aut frequenter.

¶ Notandū p̄terea ꝙ cātum alie sunt per se alie sunt per accidēs. S12m hoc est dupl̄r vno mō ex parte cause. Alio modo ex parte effectus. Exemplum primi sic dicimus musicū edificare qꝛ musicum accidit ei quod est cā per se domus. Exempluꝫ scd̄i sicut diceremus ꝙ fodiēs sepulcrū est causa p accn̄s inuentionis thesauri qꝛ inuētio thesauri sequitur effectum per se ipius fodientis. Et si queratur q̄s est effectus per se ipsius agētis a proposito. Dicēdum ꝙ est illud quod euenit ex intētione agentis vnde quicquid prouenit in effectu vt in paucioribus preter intentionem est per accidens sꝫ quod semper vel frequēter cōiungitur effectui cadit sub eadem intentione. Stultum enī est dicere ꝙ aliquis intendit aliquid et nō velit illud quod vt frequenter vel semper adiungitur. Jtem causa per accn̄s duplex. quedā nichil operās vel preter intentionem et hoc dupliciter. s. attingens effectum vt fortuna vel ad aliquid ei coniunctuꝫ et sic est occasio. S. T. in 1º. d. 46. ar. 2. 3m. licet aliquando sit causa per se in 4º. dis. 38. q. 2. ar. 1. 4m. Ponit autem differentiam inter cām per se et per accidens quia causa per se est determinara et finita non autē causa per accidens eo ꝙ infinita vni accidūt fortuna ergo est causa per accidens in his que fiunt preter intentum Si eniꝫ finis esset intentus iam non esset fortuitus vt si aliquis hoc proposito iret ad foruꝫ vt pecuniam reportaret vel semper aut frequenter reportaret quando venit nō diceretur esse fortuna sicut non est a fortuna. Si q̄s frequenter madefacit pedem eundo per lutum licet hoc non intendat. Est ergo diffinitio fortune. Fortuna ē causa secundum accidens in hijs que fiunt secunduꝫ propositum propter finē in minori parte et ex hoc habetur responsio ad quesitum.

¶ Notandum preterea ꝙ fortuna immanifesta ē homini quia fortuna est causa per accidens et sic eius quod est a fortuna sunt infinite cause infinitum autem vt sic est ignotum. Exemplum vt ꝙ q̄s in foro inueniat debitorē hoc est quia venit ad forum propter infinitas autem causas potest venire ad forum patet ergo ꝙ fortuna simpliciter nullius est causa quia non est causa per se. Jtem recte vulgariter dicitur fortunam esse sine ratione quia ratiocinari non possum⁹ nisi de hijs que sunt semper vel frequenter quia habent causam per se. Sed q̄ritur an omnis causa per accidens possit dici fortuna et omne eueniens a causa per accidens fortuitum Dicendū ꝙ non quia causa fortuita aliquid opinatur ad effectum fortuitum licet nō intendat.

¶ Notandū preterea ꝙ fortuna diuiditur in bonā que dicitur eufortuniū ⁊ malā que dr̄ īfortuniū quādo scꝫ accidit alicui malū cū magnitudine vel priuatio magni boni licet quis nō habeat illud nisi in potētia propinqua quia quod parum distat nichil distare videtur Ex hijs patet quare enfortunia sint incerta quia sunt fortuna quedam

¶ Notandum preterea secūdum. S. T. lec. 10. ꝙ casus et fortuna differūt quia casus in plus est q̄ fortuna quia fortuna similiter infortuniū ⁊ eufortuniū solū fiunt ī habentibus diuinū sui act⁹ Alia enim potius aguntur q̄ agāt vnde fortuna videt̄ esse idem felicitati vel ei esse propinqua vel eē ipsa: si scilicet felicitas consisteret in bonis exterioribus vnde vulgariter bene fortunati vocātur felices quia bona exteriora in quibus plurimum habet locū fortuna deseruiunt instrumētaliter ad felicitatē Ex quo patet ꝙ ne𝔮 ianimatum ne𝔮 puer ne𝔮 bestia habent fortunam quia non libere agunt Similitudinarie tamen in ipsis reperitur enfortuniū vnde albertus protarchos dicit altaria esse bene fortunata et lapides quosdam quia honorantur alia autem cōculcantur et sic male fortunati dicūtur homines qui ab alijs conculcantur Nichil tamē prohibet ea pati a fortuna vt cū thesaurus inuenitur ab homine in inanimatis autē reperitur casus vt tum tripoda cecidit casu sic ꝙ ē apta ad sedendum Et casus accidit in hijs que sūt propter aliquid quod declaratur per vanum quod est nomen propinquum casui diuinantē vanū cum id quod est propter aliquid nō fiat eius causa vt si quis ambulet ad deponēdum super fluum nature Si hoc non accidat dicitur frustra deambulatio et eius deambulatio est vana Non est autem frustra Si balneato non deficiat sol quia balneatio nō fiebat vt sol deficeret. ¶ Notādū p̄terea ꝙ casus ⁊ fortuna reducuntur ad genus cause mouentis qꝛ est causa eorum que sunt a natura vel eorū que sūt ab intelligentia et sic presupponūt cām per se. Et ideo casus non est causa celi vt quidā dixerūt quia alias oporteret aliquid esse productum a causa per se ante celum. ¶ Notandū preterea scd̄m aug. in 4. de ciuitate dei quidam rudes opinati sunt fortunā esse deam et sic romani fecerunt sibi aram et eā

colebant et dicitur eius simul achrum fuisse locutū vt patet apud valeriū vnde iuuenalis sat. 10. Nullum numen abest si sit prudentia. Sed te nos facimus fortuna deā celoq3 locamus Sed cōtra fortuna aliqñ est bona et aliquādo mala ergo nō est dea sed potius demon. Item vel omniū est vna dea vel sunt tot dee quot sunt homines diuersimode fortunati. Item fortuna est sine ratione et ceca ergo vanum est eā colere. Si queratur ergo quid sit fortuna scđm veritatem vel ens rōnis videtur dicendū q sit relatio. Sed dices q est causa per accidens tunc queritur que res est ista causa per accidens.

¶ Notandū preterea q magna est difficultas apđ multos de ea bone fortune quare aliqui sunt bene fortunati vnde. S. T. dicit lib. 3. ɔtra gentiles ca. 92. q aliqui homies habent ex impressione corporis celestis aliquā efficaciā in aliquibus corporib9 faciendis quas alius non habet puta medicus in sanando et agricola in plantādo (et qr hoc sibi sepe euenit q sit bene fortunatus ideo non est dicēdum solū a casu) et miles expugnando vnde aliqui vidētur esse qui regulariter prospetant in vno ludo vel in aliis rebus ita q erunt duo milites qui in nullo videbuntur differre et vnus regulariter obtinebit victoriā alter vero non Queritur ergo vnde hoc ꝓuenit dicit. S. T. ibidē q aliquid potest alicui contingere a bona fortuna preter eius intentionē tripliciter scz scđm ordinem celestiū corpoꝶ vel dispōnem angeloꝶ vel etiā dei quia nr̄m corpus subdit corporibus celestibus et intellect9 angelis voluntas vero deo. Et ideo ex impressione celestium corporum vnus inclinatur ad aliquas electiones sibi vtiles quarū tamē vtilitatē propria ratione nō cognoscit. Similiter ab angelis intellectus vnius illuminatur ad eadē et ex hoc diuina operatione inclinatur eius voluntas ad aliquid eligendū cuius rōem ignorat et talis dicitur esse bene fortunatus et econtrario male fortunatus sicut Iechonias de quo dicitur scribe virum istum sterilē virum qui in diebus suis non prosperabitur. ¶ Et notanduz q ex impressione corporū celestiū dicit quis bene fortunatus et bene natus. Non eīn potest intelligi q hoc ex diuersa natura procedat q vnus vtilia sibi eligat et alius nociua preter rationē propriā cum natura intellectus in omnibus sit vna Sed scđz q intellectus homīs illustratur ad aliquid agendum non dicitur hō bene natus sed magis custodit9 vel gubernatus. Ex hoc patet vnde prouenit q homo aliquando estimat q aliquid sit bonū fieri Si tamē quereretur quare respōderet se nescire vñ qñ pueniet in finē vtilē quē nō pcōsiderauit erit sibi fortuitum

¶ Notandū tamē q bona moralia non sūt preter intētionem cū in electione consistant et ideo respectu eorum potest aliquis dici bene vel male natus nō autē fortunatus sed tantū respectu exteriorum bonorum que preter intentum eueniūt vnde ergo est q vnus miles potius vincit. Dicendū qr eligit conuenientia ad finem et ad hoc inclinatur per illuminationem intelligentie vel prima gentis. Ex quo patet dicit. S. T. q nemo potest esse bene fortunatus vniuersaliter ex virtute corporis celestis quia natura est ad vnū determinata fortuitū autē non est tantum vnum. ¶ Notandū preterea scđm phm̄ in libro de bona fortuna q esse bene fortunatum non est a natura qr natura eadem est in diuersis nec est precise a ratiōe qr bene fortunati aliqñ sunt magis insipientes et bene fortunati nescirēt suorum impetuū reddere rōnem. Item tunc bona fortuna quereretur per studium. Item bona fortuna non est a solo deo cum iniustos videamus esse bene fortunatos. Item deus est mouens vniuersale vniformiter agens q̄ntum est in se ergo q vnus sit bene fortunat9 oportet q hoc proueniat ex aliqua dispositione Dicit tamē philosophus ca. 2. q sicut maius bene regitur quam daimona dirigit Sic q̄dam dicunt q in taxillorum casu hic est bene fortunatus eo q ametur a deo vel propter aliquod dirigēs itrinsecum.

¶ Contra hec arguitur Pē aureolum quia philosophus ibidem habet pro icōuenienti q deus sit causa q mali sint bene fortunati ergo sanctus thomas eufortunium nō debet attribuere deo. Item libro. 1. cōtra gētiles ca. 88. Error est dicere q de9 omnia producit secūdum simplicem volūtatē et q i nullo oportet ratiōem reddē nisi quia deus vult ergo non est iste dicēdus bene fortunatus a deo. Item illud quod est possibile reduci i principia naturalia ridiculosum est reducere immediate ad deum vnde substrahētes actiones corporibus naturalibus vt dignificēt deum tāq̄ immediate omia facientem nō habēt cerebrum naturaliter abile ad bonum vt cōmē. dicit. 9. meth. cō. 7. imo si natura potest recipere talem virtutem actiuam videtur q deus esset inuidus si nō cōmunicaret creature quā si vellet ipse solus omnia facere sed nō videtur impossibile reducere eufortuniū ad principiū naturale sicut in dicamus de morte nec aliquod naturale puta per cometam productum a natura Itē ꝓsperitas fortune videtur esse absq3 meritis et demeritis vnde inter infideles reperiūtur bene fortunati ergo istud nō debet reduci in deum prouidētem secūdum merita vel demerita vnde dicere q a deo immediate quis peccator est bene fortunat9 est ponere q tum illo peccatore cōtinue miratulū facit Item secūdum philosophum de9 agit necessitate nature ergo q̄ntum est ex parte eius vnus nō est magis bene fortunatus q̄ alius.

¶ Secūdo arguitur q̄ eufortunium non euenit magis vni q̄ alteri ab angelis vel intelligētijs qr prosperitas fortune impedit homines sepe a salute ergo nō procuratur ab angelo custodiēte ans patet ex petrarcha dicēte q fortūs blāda insidiosior est q̄ minax et fortūe pspere regimē difficilimū est licet vtraq3 facies sit metuēda Item secūdum eum Omnis fortuna suas habet molestias que neminē enexit nisi vt alcior casus esset ergo effect9 bone fortūe nō est ab āgelis saltem bonis imo magis videt esse a demonibus quia diuitie que sūt bona fortūe iuuāt ad hoies decipiēdū vnde 4. ethi. dicitur q hoies iculpāt fortunam quia maxime digni existētes nequaq3 ditātur. Item āgeli boni magis persuadēt hoibus paupertatem q̄ prospe

ritatem et honores et tamen habentes ista dicim⁹ bene fortunatos igitur.

¶ Tertio queritur que res est fortuna Si dicatur ꝙ sit subā tunc vel est homo vel asin⁹ nec potest dici ꝙ sit accidens quia quod oīa rotat ad libitū non est accidēs sed fortuna eis hmoī igitur minor patet ex boetio li.2. prosa.1.et.2. Et a iuuenale sati.6. dr̄ improba hec aūt nulli accidenti cōueniūt. Itē fortuna dicitur hr̄e munera quibus est vtēdum non fidendū quia mendax varia leuis infida est.

¶ Quarto arguūt socij alberti magni vt ipse narrat negātes casuz et fortunā quia nichil est nisi cuius ortū legittima cā pcessit sed nullū tale est a casu. Item quicquid est preter primam causā est causatum et factū ergo habet causam non solum p accidens qz oē per accidēs reducitur ad per se igitur habet causā per se licet occultam que ab augustino de achade. casus vocatur.

¶ Quinto obijciunt mathematici quia vna est cā vniuersaliter ordinans ad finē vnicuiqz debitum z regens causas particulares sed quod est sic rectuz non recipit aliquid per casum et fortunā igitur antecedēs patet qz hec inferiora regulantur motu celi Et ideo oportet hunc mūdum inferiorem continuari lationibus superioribus vt dicetur in.1. peri geneos.i. de generatiōe. Item hesiodiste theologi dicunt oīa regulari a primo ente quod est deus cui omnia futura sunt presentia ergo simpliciter nichil euenit a casu sed omnia eueniūt scd̄m fidem catholicā immobiliter a deo vnde videtur heresis ponere casum et fortunā. Sunt autē quidam inqt albertus volentes predicta soluere ponentes duplices causas agētes scz vniuersalem et pticularē tunc dicunt ꝙ per respectum ad causā vniuersalez nichil euenit a casu sed bene si cōparetur ad causaz pticularē Sicut si paterfamilias mittat duos seruos ad eandā foucā per diuersas vias tunc obuiatio istorū est a casu per respectū ad seruū non autē per respectum ad patrēfamilias. Sed cōtra illa q̄ sic eueniūt eueniūt imobiliter simplr̄. Si ergo oīa hec inferiora sic eueniāt tūc perit liberum arbitriū et consilium. Item scd̄m hoc nichil fieret simplicit frustra quia q̄uis non cōsequatur finem intentum a nobis. Consequitur tamē finem intētum ab agēte primo. Item tūc primum agēs intenderet deffectum nature et pctā nature que sūt mōstra.

¶ Sexto recitat auicenna duas rationes. Prima omnis actio vel naturalis vel volūtaria est aliquo fine terminata ergo nō est casualis quia casus z fortuna sunt cause per accidens ergo sūt preter intētum et ideo male videtur diffinita fortuna ꝙ scz est in hys que fiūt secūdum propositum Itez impossibile est finē conuerti in non finem ergo siue nos intendamus siue non semp eiusdem rei est idez finis ergo nō fit a casu.

¶ Septimo Qui sepe lucratur ludendo ad taxillos nichilomin⁹ lucratur a casu ergo cas⁹ est in hijs que fiūt frequēter forte dicis ꝙ lucrū non est a casu quia lucrās intēdebat lucrari. Contra sequeretur ꝙ ludus alee non esset fortuitus. Item qui vadit semel ad forū et inueniēs debitorez hoc est a casu et etiā si frequenter inueniat. Item si cōtingēs ratum sufficeret ad fortunā sequeretur ꝙ ecclipsis solis esset a casu Et plato dicit ꝙ cōiūctio oīm planetarum fit in.36000. annis semel ergo in celo aliquid fit a casu quod est cōtra phm̄.

nec vbi ita intensum et p ꝯñs adhuc est in eodē loco in quo prius. non em̄ mutat vbi nisi mutando locum etiā scd̄m opinionē tuā. ex quo sequitur ꝙ q̄lȝ pars quiescat. eodē modo potest argui ꝙ non acquirat nouū vbi partibiliter quia vel hoc esset scd̄m ptibilitatē mobilis ita ꝙ vna pars eius prius acquireret nouū vbi ꝙ̄ alia et tunc sequitur ꝙ vna pars mouetur alia non mota vel scd̄m partibilitateȝ vbi precise ita ꝙ to^m mobile simul prius acquirat vnā partem essentialē noui vbi ꝙ̄ aliam. quia de parte dimensionali nō potest accipi et tunc aut simul cuȝ secunda parte remanet prima aut nō. si sic igitur p tempus habet eandem partē vbi. et per cōsequēs totū est in eodeȝ loco primo in quo prius fuit igitur dū mouetur quiescat: si non igitur in quolibet instāti habet nouū vbi et perdit. et per ꝯsequēs nō partibiliter et successiue mouetur ad vbi. cuius oppositum dabatur relinquitur ergo ꝙ mobile localiter motū mouetur in tempore seu ptibiliter et successiue de vno vbi ad aliud. Qd̄ aūt nec in instanti p^o probatur et exempli grā sit p aliquod corpus quiescens in aliquo loco determiāto. et habens vbi qd̄ sit a et incipiat p moueri continue. Si ergo in aliq̄ instanti p mouetur ab a sit illud instans b. Tūc sic aut per instans b est in eodē loco primo ipsum et ptes eius omnes in quo erat tempore quieto aut nō si sic igitur hȝ idem vbi a in instanti b et per ꝯsequēs simul est mutatū ab a et non mutatum ab a. si nō igitur est mutatū ad aliquid noui loci vel magnitudīs aut ergo ad aliquod diuisibile a vel precise ad aliquid indiuisibile. Non primū qꝛ in motu continuo cuiuslibet partis diuisibilis prius acquiritur pars et nulla tota simul acquirit et patet ex sexto phi. nec scd̄m. s. ad aliquid indiuisibile. quoniā tunc seq̄tur ꝙ in motu locali cōtinuo daretur primū magnitudinis ad quod mobile est mutatū et iuxta cōsuetum modum locandi est dabile primū mutatū esse. qd̄ nullū moueri vel nullū mutatū esse precessit q̄ reprobata sunt 6° phi. scd̄m hoc etiam tollitur oīs motus continuus. Nam oportet dicere ꝙ semp mobile est totū in termīo a quo. vel totū in termino ad quem. Scd̄o sic ponatur ꝙ p moueatur cōtinue/et sit vnū vbi a quo mouetur seu qd̄ perdit in instanti b tunc sic/aut p acquirit in instāti b aliquod vbi aut non. Si non igitur in instanti b non perdit a vbi simul enī in motu locali mobile pdit terminū a quo ꝛ acq̄rit terminū ad quem Si vero in b instanti acq̄rit aliud vbi nouū sit illud c et tunc queritur vtrum p perdit c in instanti b aut in alio. si in alio igitur p habet vbi c per tp̄s et per ꝯsequens vel in illo tempore simul mouetur et quiescit. vel mouetur et nullam talē rem pdit sc per hoc nec etiam acquirit qd̄ est propositum Si vero in instanti b igitur in eodeȝ instanti perdit et acquirit vbi c et simul est mutatuȝ ab ipso/c/ꝛ mutatur ad ipsum Et vlterius sequitur ꝙ in illo instanti habet c et nō habet c. qd̄ est impossibile. pꝫ ꝯsequentia p illam conclusionē declaratā sexto phi. Omē qd̄ mutatū est qn̄ primo mutatū est. est in eo ad quod mutatū est/et similiter ibi probat ꝙ nullū ꝙ mutatū est qn̄ primo mutatū est. est in eo a quo mutatū est. Preterea in eodem instanti p est primo motum ad vbi c et ipsum c est primogenitum et in eodem instanti p est primo motū a c et ipsum c est primo corruptū igitur si in eodeȝ instāti p est primo motum. a. c. et ad. c. in eodem instanti. c. est primogenitū et corruptū et sic est et non est. Item si p in instanti b perdit vbi c igitur in eodem instanti acquirit aliud vbi ymo omē vbi acquirit in instanti g^a totus motus cōtinuus cōponitur ex mutatis esse ꝛ sic tempus mēsurans ipsū ꝯponit ex instantibus

¶ Nono celum non acquirit vbi ab eo distinctum ymo nullum vbi acquirit quia secundum philosophum primum celum nō continetur loco et ideo auctor sex principiorum expresse dicit primum celum nō habere vbi. Item potest deus facere ꝙ res moueatur et tamen erit in eodem vbi vt cum quando vinum mouetur simul cum dolio vel si deus conseruaret in me illud idem numero vbi quod nunc ē et cum hoc poneret me in celum vel si totum mundum cathegoreumatice moueret ad alium locum ymaginarium tunc quelibet pars mundi moueretur et tamen non acquireret nouum vbi. Item annichilet nunc deus illud vbi quod nunc est in me vel illo facto ego adhuc sum in isto loco ꝛ sic superflue ponebatur predictum vbi Si non ergo ego sum mutatus secūdum aliquam mutationem cuius oppositum suppono.

¶ Decimo vel ipsum vbi est res absoluta vel respectiua non primum quia non est substantia qualitas aut quantitas nullum enim istorum intrinsece terminat locum localem. Nec secundum quia vel est respectus loci ad locatum vel econtra Non primū quia alias locus haberet ipsum vbi et loci esset locus nec secundum quia respectus loci ad locatum est de genere relationis nec pertinet ad aliud predicamētum sicut nec respectus locati ad locum cū quo dicitur ad conuertentiam omnis autem mutui respectus pertinent ad idem predicamentū.

¶ Undecimo si queratur vbi est sortes Respondetur per locum.

¶ Ad primum dicendum ꝙ propter hec nō est concedendum motum localem esse spacium vel ipsum mobile quia motus localis est calefactiuus et continuus dato ꝙ fiat super spacium cōtiguū gre. de arimino recitat plura argumenta contra suam opinionem Primo quia motus localis non est permanens spacium autem super quod fit motus localis est permanens. Pro quo notandum dupplices esse res quedam sunt permanentes quarū scilicet partes sunt simul se habeat partes vt homo et domus. Alia est res successiua cuius ptes nō sunt simul vt tempus. Item res permanens est duplex scȝ scd̄m esse et scd̄m fieri et sic possemus dicē de domo ꝙ non est res permanens scd̄m fieri quia non oēs ptes eius fiunt simul est tamē res permanens scd̄m esse quia postq̄ȝ domus est producta omnes partes eius sunt simul Scd̄o spaciū vel ipsuȝ mobile possūt esse in instanti non aūt motus. Iteȝ tunc motus sursum et motus deorsum non differrat specie quia idē mobile potest ferri sursum et deorsū Item tunc non essent quinqȝ sensibilia cōmunia quia motus et sbā scd̄m hanc opinionē que non est

sensibile per se. Item tunc motus fuisset ante rem mobilez quia possibile est ꝙ spaciū supra qđ fit motus fuerit anteq̄ ista res moueretur. Item scđm multos motus celi est tempus. si ergo mot⁹ celi sit terra circa quā moueatur sequitur ꝙ terra erit tēp⁹. Item arguitur ꝙ altera° dicat aliquid aliud ab ipsa qualitate quia nisi sic sequeretur ꝙ mot⁹ ex vna forma contraria in aliā vt ex albedine ī nigredinē non esset vnus contra phm̄ 5° phi. patet ꝯña quia ibi sunt due forme. Item per motū localē acquirit aliquis habitus vt in cytharizādo acq̄ritur ars iste aūt habitus non precise causatur ab ipso mobili. Item fortes aliter se habet q̄n mouetur q̄z prius q̄ritur ergo per quid. Si dicas ꝙ per nichil pari rōe poterit deffendi ꝙ aliquis homo nunc de nouo intelligit et tamē nichil habet quin prius habuerit. Si dicas ꝙ motus localis supponit pro re que mouetur cōnotando ꝙ acquirat spaciū. Cōtra destruatur omne spaciū dicunt quid vt dicit gregori⁹ ꝙ mirum est si quis dicat tunc aliquam rē moueri sz magis mirū est oppositū asserere. Itē si celū esset su⁹ motus. sequeret̄ ꝙ impossibile esset celū esse quez moueretur. Item si motus sursum et motus deorsū essent ipsa mobilia cū mobilia puta subē non cōtrariantur sequeretur ꝙ motus sursū ⁊ motus deorsū non essēt contraria. Item tūc motus rectus esset motus circularis q2 idē mobile potest moueri circulariter circa centrū proprium et motu recto si proiciatur sursū. Item tunc motus terre sursū nō esset violentus cū sit ipsa terra scđm naturales ⁊ peccatum esset a solo deo q2 motus exterior fortis propter vanā gliaz est fortes ⁊ fortes est a solo deo vel ipse adam igitur et istū pctm̄ exterius. s. motus. Item sequeretur ꝙ ante omnē motum localem finitum fuit motus cōtra phm̄ octauo phi. et probat̄ consequentia nō ante omē mobile finitum fuit motus cum ante primū mobile nichil fuerit et sequit̄ ꝙ nichil potest producere nouū motuz localē sicut nullus generat sacerdotē qđ est cōtra totaz phīam et probatur cōsequētia. Nā si produceretur nouus motus produceret̄ nouū mobile quod moueretur ⁊ sic non oē illud qđ mouetur prius mouebatur ꝯtra phm̄ sexto phi. ymo sequitur ꝙ habens motum nō mouetur scđm se nec scđm aliquid sui contra phm̄. in hoc 3° et patet consequen^a quia habens mobile non mouetur aliquomō scz primus motor. et sequitur consequenter ꝙ aliquis est motus localis infinite intensionis Nam moueatur vnū mobile vniformiter gradu vt octo in quo sit caliditas. vt quatuor et cū quilibet gradus illius caliditatis moueatur vt 8° sequitur ꝙ in eodem loco adequato sūt infiniti gradus motus non cōmunicantes quorū quilibet est vt 8°. Pro ista conclusione est expresse ari. 2°. thopi. di. neq̄ superabuntia est superabundās neq̄ vehemen^a vehemens q̄admodum nec disciplina disciplinatum nec motus mobile. Et in hoc 3° dicit phūs ꝙ motus est actus entis in potentia 2^m ꝙ in potentia et ꝙ est actu mobilis inq̄tum mobile et sexto phi. ꝙ motus diuiditur diuisione mobilia et temporis ergo non est mobile vel spacium Deinde arguitur principaliter de motu alterationis et augmentationis ꝙ aliquid important preter qualitatē et quantitatē quia ista non est essentialis calor est motus ergo mot⁹ aliquid importat preter subiectum. Itē omnis motus importat aliquomō rem successiuā ergo motus calefactionis p̄ter calorem. Item motus augmentationis et diminutionis non sunt eiusdē speciei nec motus intensionis et remissionis caloris ergo isti motus nō precise dicunt qualitatē aut quantitatem. Dicendum est ergo ad primum argumentum gregorii ꝙ res successiua quando fit est. et auctoritas philosophi est contra eum quia scđm philosophū vt ipse dicit generatio non generatur queritur ergo pro quo capit philosophus generationem si pro ipsa re genita manifestum est hoc esse falsum quia talis generatur. Item philosophus dicit ibidem ꝙ mutatio non est mutationis que non videntur esse vera capiendo mutationem pro ipso mobili. Secundo dicitur ꝙ accidentia non proprie fiunt neq̄ generantur secundum. S. T. Et ideo dicitur ꝙ res per se subsistens quando generatur dispositiue tūc nō ē generatio ergo hoc modo nō generatur quia oporteret ꝙ esset per aliam generationem et sic in īfinitum procedendo Tertio dicitur ꝙ vniuersalit̄ quod fit nō ē aliquomodo quia ipsum, vbi quod fit ⁊ acquiritur per motum non est perfecte durante motu locali et quod generatur non, est non quin ipsa generatio sit sed terminus generationis non ē durante motu dispositiuo ad formam substantialē. S. T. 5. phi. lec. 3.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ non inconuenit aliquā rem precise durare per instans deus enim potest facere angelum qui non erit nisi in vno instanti et sic multi dicunt ꝙ ille simul generatur et corrūpit̄ scilicet per vltimum instans esse et per primum instans esse. Secundo dicitur si admittamus accidētia proprie corrūpi ꝙ idem motus in eodem tempore generatur et corrumpitur pro q̄to aliquas partes acquirit et aliquas partes deperdit. Nec ex hoc sequitur in successiuis idem esse ⁊ non esse nec est idem in successiuis corrumpi et corruptum esse licet S. T. dicat 1^a parte. q. 45. ar. 2. ad 3^m ꝙ in his que fiunt sine motu simul est fieri et factum esse.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ licet forte in qualitate et quantitate hoc sit impossibile non tamē est impossibile de loco alia vera sunt de generatione permanentium licet probabile sit ꝙ in casu minimum naturale solum duret per instans vt dictum est primo phis.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ motus non acquiritur in mobili per alium motum sicut nec paternitas acq̄ritur in subiecto per aliam relationem et sicut de⁹ non posset ponere paternitatem in aliquo quī ipse esset pr̄ ita nec motū nisi in re que mouetur nec e conuerso q2 non potest supplere causā formalem vt ꝙ faciat albū sine albedine.

¶ Et per hoc patet ad quintū Circa qđ notanduz ꝙ non ponimus motum localem esse rē distinctam ab ipso vt patuit ar. 2° Si dicatur quō ergo motus localis dicitur esse continuus vel hoc est verum de motu vt capitur pro ipō vbi et hoc nō quia diuersa

vbi non cōtinuātur cū sint respectus indiuisibiles Forte dicis ꝙ in motu locali est vnū vbi cōtinuatū licet habeat aliquod aliud esse sicut eadē est pater nitas qua pater refertur ad plures filios sȝ de hoc quinto phi. Si queratur a quo producitur illud ac cidens dicendū ꝙ ab agente producitur motus sȝ contra Sequeretur agēs naturale plus agere in remotū ꝙ̄ in distās qꝛ mouēdo baculū extremitas eius remota velocius mouetur circulariter qꝛ ma ius spaciū describit ꝙ̄ pars propinqua manui for te dicis ꝙ vnus mot⁹ localis non est maior alio nec intensio quia motus localis non est nisi ipsum vbi modo vbi non habet partes intēsiuas cū sit respe ctus indiuisibilis Dicendum ꝙ intensio mot⁹ loca lis non acquiritur per diuersas ptes simul existes vt alias dicetur de qualibet intēsione 2° dicitur ꝙ agens non plus producit in remotū ꝙ̄ in propin quū loquendo de accidente absoluto producto.

¶ Ad sextū dicit. S. T. in quarto. d. 16. q. 1. ar. p° q. 3. ad 2m ꝙ in partibus successiuoꝝ ex qualibet p te potest concludi totū et iō q̄ñcunqȝ hora est dies est. licet non quelibet hora futura sit et simile pōt dari de voce que scōm nomiales est licet non queli bet eius pars sit sed de hoc dicemus postea cum lo quemur de tempore nec est simile de chimera tum ipsa non sit ens successiuū et ideo licȝ arguēs pos set ita dicere de chimera nō tñ eque rōnabiliter

¶ Ad septimū patet per iō dico eni ꝙ motus qui nunc est est act⁹ entis in poten^a. Et si queratur an de aliquomotu verū sit dicere ꝙ sit Quibusdam vi detur ꝙ non quia quicqd est est in instāti motus au tem nō potest esse in instāti igit de hoc quinto phi. Ad alia pȝ ex supradictis Dico enī pmo ꝙ de⁹ po test ponere aliquid in aliquo loco de nouo sine mo tu vel absqȝ hoc ꝙ res moueatur. scōo dico ꝙ mot⁹ non mouetur nisi forte per accidēs qꝛ non subsistit et ideo nō requiritur alius motus ad hoc ꝙ motus dicatur moueri sicut albedo nō dicitur moueri per aliū motum a motu subiecti.

¶ Ad octauū dicitur ꝙ mobile motu locali in tem pore mensurante motū eius habet duplex vbi pri mum est vbi constitutū precise ex partibus simulta nis distinctis scōm distinctionē ptium ipsius mobi lis correspondentibus diuersis partib⁹ loci sui p prij et adequati et tale vbi est adequatū mobili et indiuisibiliter acquiritur et perditur hoc est totum simul et non pars post partem qꝛ tale vbi est respe ctus locati ad locū et partiū locati ad ptes loci et ideo ꝙ̄cito per motū variatur locus tācito tale vbi desinit esse per vltimū instans sui esse sicut etiam mobile desinit esse in isto loco adequate per vlti mū instans esse incipiendo moueri et predictū vbi quando perditur predicto modo tunc est vel potest dici perdi. i. perditum esse in tempore statim seque ti sicut alias dicetur de secundo angelo immedia te producto post primum. Et si queratur an predi ctum vbi sit in aliquo instanti primo perditum dicē dum ꝙ non nec acquiritur per motum sed per mu tatum esse Aliud est vbi secundum capreolum exi stens in mobili constitutum ex partibus sibi inuicē succedentibus vel potius est respectus partium si bi inuicem succedentium ꝛ partes illius vbi respō dent diuersis locis ipsius mobilis inadequate ꝛ sic tale vbi non opꝫ esse compositum ex indiuisibilib⁹ et acquiritur per motum et in tempore et per cōti nuationem et diuisionem talis vbi est continuitas et diuisio motus localis immo tale vbi fluens est motus localis primum autem vbi est mutatum esse continuans partes motus localis licet dici possit de motu alterationis ꝙ ipsa forma sub illo esse est mutatū esse mot⁹ alterationis. Tūc ad argumētū dicitur ꝙ secundum vbi est successiuum et partibili ter acquiritur non autem primum et non dicitur p tibiliter acquiri secūdum diuisionem mobilis in lō gum latum et profundum nec secundum partes es sentiarum sed secundum partes sibi succedentes secundum prius et posterius ideo diuisio arguētis ē īsufficiens Unde in motu quidam ymaginantur triplices partes prime sunt partes ad diuisionem totius mobilis et sic vna pars motus est in capite et alia in pede ꝛ tales partes rei successiue possūt esse simul Alie sunt partes secundum intensionē et hoc secundum illos qui dicunt qualitatem intē di per additionem alterius qualitatis. Tertie sūt partes in motu secundum temporis successionem 2° dicitur ꝙ argumentum ymaginatur falsū. s. pri mum vbi habere primum instans sui non esse.

Si queratur an secundum vbi remaneat in termi no motus secundum se totum videtur quod non qꝛ est successiuum. Sed contra tale vbi est essētia mo tus et terminus motus de hoc. ar. 2. Deinde tū que ritur an quādo istud vbi desinit eē acquiratur aliō vbi loquendo de vbi primomō dicitur ꝙ īmediate post istō vbi erit aliō vbi tamē nullū determīatū vbi erit īmediate post istud Nec incōuenit ista entia im perfecta simul corrūpi et generari īproprie.

¶ Ad nonū dicit Capre. ꝙ motus localis celi nō est vniuocus cū aliis Cōtra talis est motus per se et est in predicamēto vbi et est cōtra. s. t. 2° celi lec. 14. vnde figura et motus hic et in celo sūt eiusdem rationis sȝ de hoc postea Ad aliud dicitur negādo casum qñ eni vnū est de intellectu alterius tūc illa de⁹ separare nō pōt pria ꝛ scōa opatione intellect⁹

¶ Ad decimū dicitur ꝙ vbi est respectus non loca ti ad locū sed est cōparatio fūdata in circūscriptio ne passiua locati ad locū circūscribentē vt narrat Capre. ex tractatu scī tho. de natura relatiōis vbi dicit Queritur de qñ vbi positione/et habitu vidē tur eñ dici relationes per diffinitiones suas quo modo ergo sunt distincta predicamēta a relatione dico aūt sine preiudicio ꝙ ista quattuor gña relatio nes quedā sunt sȝ alterius modi ꝙ̄ sunt ea que sunt in predicamento rela°nis ,ppter qō diuersa gña cō stituūt qō patet qꝛ quatuor gña vltima in solis na turalibus et corporalib⁹ accidunt quia causātur ex adiacentia corporis et loci vel tēporis. Item pre dicamentū ad aliquid fundatur sup res absolutas immediate et in actione alia vero quatuor gña su per relationes sunt fundata Et ideo quodāmodo minus sunt ꝙ̄ relatiua vnde super hanc relationē per adiacentiā temporis ad tēporalia relinquitur quando in re tēporali vt patet ex sua diffinitione

patet gº ꝙ argumētū ꝓcedit ex īsufficiēti diuisiōe

¶ Ad videcunda dico ꝙ vbi et locus non separantur et ideo de ambobus simul queritur et per ambo simul respondetur sed ex hoc non sequit̄ ꝙ sint idē. Si dicatur ista vltima predicamēta extrīsece denominant subiectū ergo vbi nō est subiectiue in re locata dicendū ꝙ vbi denoīat subiectū per informationem ⁊ cōparationē et respectū ad aliquod extra secum Nō etiam sequitur: vbi non significat respectum per moduz inherentis ergo vbi non inheret. Aduertendū ꝙ aliter inquit Capreo. posset respōderi ad predictā difficultatē de vbi dicēdo ꝙ mobile localit̄ motū nullā rē sibi inherentē acq̄rit ſz soluz motum extrinsecū. S. T. 2º sen. d. 7. q. 2. ar. 1. ad 3m Item de poten.ª q. 6. ar. 3º. Itez 4º sen. d. 44. q. 2ª ar. 3º. q. 3. dicit ꝙ motus localis nō est nisi successio diuersorum locorum.

¶ Ad argumentū capitale dicitur ꝙ illi mot⁹ materialiter ad vbi possunt dici eiusdem speciei ſz nō formaliter.

¶ Dubitatur in quo est motus subiectiue dicendū ꝙ est in mobili vt pz ex sua diffinitione suprāposita Ponitur aūt hic alia diffinitio. s. motus est act⁹ mobilis inq̄ztm mobile et est scd̄m. s. t. lec. 4ª. est formalis et alia materialis et ideo ex premissa ꝯcluditur sic arguendo Oīs actus entis in potētia inq̄ztū huiusmodi est actus mobilis inq̄ztum mobile sed motus est hmoi igitur Pro quo sciendū ꝙ motus aliqñ est in mouente quia aliqñ idem est mobile ⁊ mouēs Omne eñ mouens phisicū in mouente mouet̄ vel est mobile quia quandoqz est in poten.ª qñqz in actu Non cōuenit tamē sibi moueri inq̄ztum est mouēs sed inq̄ztum coīcat in materia cū passo cui cōtrariatur et materia mouentis est in potentia ad formaz patientis et sic mouēs rōne materie est mobile ſz rōne forme mouet omē moueri in plus est q̄z agere quia intelligētia mouet celum et tamen nō agit ipsum quia non trahit ipsum ad naturā sui. Si dicat̄ motus est actus mouentis distinguendū est vel subiectiue et sic negatur loquendo de mouente inq̄ztm mouens quia vt sic est in actu et non in potentia Et notandum scd̄m. s. t. ꝙ scd̄z pictagoricos q2 motus non habet determinatā naturā ideo ponebat̄ in genere priuatiuoꝝ Nam cum pithagoras poneret duas ordinationes reꝝ et in vtraqz decem principia illa que erant principia in ordinatiōe scd̄a dicebat indeterminata q2 erant priuatiua in prima ergo ordinatione ponebant finitū impar vnū dextrū masculū quiescens rectum lumē bonū triangulum equilaterū In secunda infinitū par multitudinem sinistrum feminā motum obliquū tenebrā malū altera parte longius Sed videtur ꝙ in primo ordīe etiā ponant aliquas priuationes.

Ad quartum sic proceditur videtur ꝙ sit dabile infinitū naturaliter quia frustra est potentia que nō pōt reduci ad actuz sed quocunqz corpore dato cōtingit dare maius quia per diuisionem corp⁹ potest in infinitum diuidi et pars diuisa potest alteri addi ergo in infinitū poterit corpus augeri ponatur ergo inesse et hētur intentum. Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum secundum aristotelē ad philosophum pertinet determinare de infinito q2 scīa de natura est circa magnitudines cui primo cōuenit infinitum in potentia quia conuenit motui ꝑ magnitudinem super quā fit motus ⁊ tempori per motum Est etiam circa motum et tempus sed quodlibet istorum necesse est finitum vel infinitum esse licet aliqua sint que non sunt finita nec infinita secundū quantitatē vt punctū. scd̄o probatur a signo quia omnes philosophi fecerūt mensionē de infinito. vnde plato ⁊ pithagoras posuerūt infinitum esse subām per se existentem et ponebant numeros et quantitates esse principia rerum cum ergo infinitum sit in quantitate ideo habebant ponē infinitum esse sicut subām per se existentem diffundatā quia pithagoras posuit infinitum, solum in sensibilibus non que sunt infra celum quia illa sunt finita sed extra celum non sic autem plato ponens infinitū tam in sēsibilibus q̄z in ideis separatis que tamen non sūt extra celum quia nusq̄z sunt. Scd̄o differunt quia pythagoras posuit numerū parem esse radicē infinitatis q2 addita vnitate fit impar et numerus par diuisibilis est. Item probabat hoc a signo quia per numerum parē plus variātur numeri q̄z per numerū imparem q2 si vnitas addatur ternario fit quaternari⁹ qui est quadratum binarij ⁊ si quadrato addatur sequēs nūerus impar fit nouenari⁹ qui est quadratū ternarij q2 fit multiplicādo ternariū per seipsū quia ter tria sūt nouem nō sic autem est de numero pari q2 si binario addatur vnitas fit ternarius qui est figure trilatere si aūt addatur secundus par. s. quaternarius cōsurgit septenāri⁹ qui est alterius figure. s. extagone ⁊ sic pz ꝙ gnomon. i. additio in numero pari variat speciē figure est aūt gnomon secundum S. T. le. 5. quadratum supra diametrum consistens cum duobus supplementes.

¶ Notandū preterea ꝙ. oēs nāles phi discordāt a ꝑdictis q2 dicūt infinitū nō eē ꝑ se subsistēs Anaxagoras posuit infinita princiª eē īfinitas partes similes vt dictū ē 1º phi. Phūs dicit ꝙ oēs antiqui attribuerūt īfinito q̄ttuor cōditiōes 1ª ꝙ est prinm ⁊ nō principiatū q2 alias hēret princim ⁊ non esset īfinitū ⁊ exponit̄ scd̄a ꝯditō ꝙ ē īgenitū ⁊ īcorruptibile Tertia ꝙ oīa ꝯtinet ⁊ gubernat ⁊ ex hoc seq̄t̄ Quarta scz ꝙ ē quodā diuinū circa primā ꝯdōnez equocā de pricipio origīa ⁊ de pricipio quātitatis vt dicitur primo phisicorum.

¶ Notādū preterea secūdum S. T. le. 6ª ⁊ phm̄ ꝙ īfinitū primo diuiditur diuisione cōmuni oībus priuatiē dictis sicut īuisibile 1º dr̄ qd̄ n est aptū natū videri vt vox Secūdo ꝙ male vr̄ vt qd̄ vr̄ a longe 3º ꝙ nullō videt̄ vt qd̄ est oīno ī tenebris sic īfinitū primo dicitur, ꝙ nō est natū trāsiri q2 nō est de gñe transibilium vt punctus Sed nonne for. transeundo totum continuum etiam pertransit puncta Aliomodo dicitur infinitū cuius transitus non pōt perficī a nobis vt ꝓfūditas maris que de se tamē trāsiri pōt Itē dr̄ infinitū ꝙ nō transitur nisi cum

difficultate vt iter vsq3 ad iudeam. Quarto ꝙ habet transitū in consūmabilem propter eius extensionem interminatā vt si esset linea cuius non essent extrema propter nimiā eius longitudinem ꝛ sic proprie dicitur infinitū de quo hic loquimur Secunda diuisio infiniti est q2 infinitū vnomō dicitur per appositionē vt in numeris. Aut scd̄m diuisionem sicut in magnitudie Aut vtroq3 modo sicut in tempore. ¶ Conclusio responsiua nullum est actu infinitum separatū a sensibilib9 vt subā quod contra platonē Probatur tripliter primo q2 tale infinitum non est indiuisibile ergo habet quantitatem et sic est aliquomō sensibile. Item infinitū est passio magnitudinis et numeri sed ista nō separant a sensibilibus ergo nec infinitum. Tertio illud infinitum qd̄ ponit plato est subā homogenea cum sit principium et ideo simplex. ergo quelibet pars ei9 erit īfinita sicut quelibet pars aeris est aer et ita q̄libet pars occupabit totum locū sed huic proteru9 diceret ꝙ nō omne dicibile de toto homogeneo dicitur de parte q2 non quelibet pars motus discreti est motus discretus nec quelibet pars diei est dies ¶ Scd̄a cōclusio Nullū est corp9 actu infinitū probatur q2 de ratione corporis est ꝙ sit termīatū superficieb9 superficies aūt terminatur lineis ꝛ p id̄ ꝓbat ꝙ non datur infinitum secundum multitudinem quia omne numerabile contingit numerari ꝛ per consequens numerando transiri ergo omnis multitudo est finita S. T. le. 7a. dicit has rationes vocari logicas nō quia ex terminis logicis procedāt sed quia logico modo idest ex communibus et probabilibus et non demonstratiue Aduersarius ei non concederet ꝙ de ratione corporis est terminari superficie nec concederet omnem multitudinē esse numerum sed solum multitudinem mensuratam per vnum Unde multitudo est magis commune et ideo non ponitur species quantitatis discrete sicut numer9 deinde rōne naturali ostēditur ꝙ nō sit corpus in actu infinitum et ꝓcedit ex suppōne opinionis alioꝝ coīs sc3 ꝙ celum sit de natura quatuor elementorū qd̄ reprobauit primo celi Omne em̄ corpus sensibile aut est simplex aut cōpositum et si probetur ꝙ quatuor elemēta que sunt corpora simplicia sint finita Satis probabitur cōpositū esse finitum. Si em̄ partes sunt finite totum erit finitum q2 finitū finicies sumptū semp manet finitū Nec potest dici ꝙ vnū elementū tm̄ sit infinitū q2 tunc ipsum occuparet oīa loca. Item in maiori corpore semp est maior virtus si ergo vnū esset infinitum tunc haberet infinitā virtutē ꝛ corrū peret oīa alia si ergo aliquod cōpositum ex tali cōponeretur ipsum non posset subsistere. Item supponant tria primū ꝙ omne corpus naturale habet inclinationem vt sit in aliquo loco Scd̄o ꝙ cuilibet debet aliquis locus determinatus Tertio ꝙ idē est loc9 naturalis totius et partis q2 ad eundē locum mouet. Tunc sic vel tale corpus infinitū est vnius speciei cum suis partibus vt aqua vel non vt homo Si pm sequitur ꝙ sit totaliter immobile aut ꝙ semp moueatur et vtroq3 modo tollitur rō nature cū natura sit principiū motus et quietis lic3 dictū sit celu3 non quiescere Sequela aūt probatur q2 non esset assignare rōnem quare magis sursum aut deorsum moueretur aut in quācunq3 partē cum totū locum occupat Si scd̄m ergo diuersa erunt loca diuersaru3 partium et iterū queritur de illis partibus vel sūt finite vel infinite si dicas primū tunc oportet alteram eaꝝ esse infinita3 et sic corrūpet alias. sicut heraclitus dicit ꝙ qn̄q3 futurū est ꝙ omnia conuertēt in ignem propter excellentē ignis virtutē Anaxagoras dicebat infinitū quiescere in seipso Sed cōtra eadē rōne semp quelibet pars quiesceret quia est in seipsa Item in omi corpore oportet inuenire mediū et in vniuerso sursū et deorsum ꝙ nō cōtingeret si esset infinitum. Itē omne corp9 circundat et continetur loco vt p3 per suppōnes ergo nullu3 est actu infinitum ¶ Tertia conclusio in rebus naturalibus repentur infinitū in poten a. Sed dupliciter aliquid dicitur esse in potētia Primo ad actū cōpletum et pfectū et sic es est in poten a ad formā statue. Aliomō ad actum impfectū et pmixtum potentie sicut ꝙ nunq3 est totū simul actū exn̄s et sic reperitur infinitū in potētia in numeris per appositionē q2 cuilibet numero potest addi vnitas et iō alij dicūt ꝙ in infinitū potest esse magnus numer9 in sensu diuiso Magnitudo etiā est infinita in potentia quia quecūq3 parte data potest dari maior. Similiter in tempore est infinitū in potētia scd̄m successionē scilicet Et nota ꝙ diuidendo cōtinuu3 in partes eiusde3 proportionis nunq3 est status vt si totu3 diuidatur in duas medietates ibi semp est proportio dupla Aliomō diuiditur in partes eiusd̄ quantitatis et sic non proceditur in infinitum quia omne finitum per ablationem finiti tandem consumitur. Sed vtrum aliqua magnitudo per appositiones partium alicuius alterius corporis possit in infinitum augeri dicendum ꝙ dupliciter hoc intelligitur vnomodo sic ꝙ quacumq3 magnitudine data contingit dare maiorem et hoc est falsum quia omnia entia naturalia sunt determinata ad maximum per suas formas. S. T. 1a. pte. q. 7. ar. 3. ad. 3m. Alio modo ꝙ alicui magnitudini possunt dari infinite partes proportionabiles alterius corporis et hoc est possibile quia huic aq̄ possunt addi in infinitum partes proportionabiles alterius aque.

¶ Contra hec arguitur. Quando subiectum est in actu tunc passio eius est in actu sed infinitum non est substantia vt dicunt antiqui sed est passio quantitatis secundum philosophum ꝛ quantitas est in actu ergo infinitum est in actu vel arguatur sic magnitudo est ergo infinitum est antecedens ē actu verum ergo et consequens. Et eodem modo potest argui methaphisicaliter quia finitum et infinitum diuidūt ens ergo aliquod ens est infinitū et ex eodem arguitur ꝙ determinare de infinito non partinet ad naturalem philosophum quia determinare de passionib9 entis pertinet ad methaphisicum sed finitum et infinitum sunt huiusmodi igitur.

¶ Secundo arguitur ad idem quia de non ente non est scientia primo poste. sed infinitum est non

ens vnde non est ens naturale ergo non debet cõsiderari a naturali philosopho. Itē scīa est vniuersalium et entiū per se infinitum aūt non est ens p se. Item omne de quo habetur scientia cōprehenditur scđm .s.t. prima par. q. 12. ar. 7. sed infinitum non cōprehenditur a nobis imo nec cognoscitur qr vt dicitur primo phi. infinitū vt sic est ignotū. igr

¶ Tertio arguitur rōnibus tex. quia tempus est infinitum quia nunꝙ̄ incepit esse nec vnꝙ̄ desinet esse quia oē qđ incipit esse ꝛ desinit esse incipit vel desinit in tempore ꝛ sub tempore ergo aliquod est infinitum. Item magnitudo est diuisibilis in infinitum et numerꝰ etiā angularis ergo infinitū est. antecedēs apparet quia mathematici i diuisione magnitudinis et in appositione numeri vtūr infinito

¶ Quarto gn̄ationes et corruptiones sunt motꝰ ꝛ sunt infinite et perpetue sed hoc nō posset esse nisi esset vnū materiale principiū infinitum ergo ꝛc. Item oē infinitū per aliquod extra ipsum finitur a quo includitur ergo oportet dare corpus infinitū qđ a nullo includatur vel erit procedere in infinitum. ergo infinitum est.

¶ Quinto sic omne illud est verū quod apparet intellectui vel ymaginationi cū intellectus et ymaginationis apprehensio causetur a rebus sꝫ intellectus nr̄ concipit infinitum quia dato quolibꝫ numero adhuc potest cōcipere maiorē Similiter extra celum ymaginatur esse spaciū infinitum ergo est plenum vel vacuum si primū non potest repleri nisi corpore infinito. si secundum cum nichil aliud sit vacuum ꝙ̄ locus non repletus corpore potest tamen repleri et in perpetuis non differunt esse ꝛ posse sequitur ergo ꝙ talis locus iam repletus est corpore. Item arguitur quia motus infinitus presupponit mobile infinitum sed motus celi est infinitus cum secundum naturam careat principio et fine ergo celum est infinitum.

¶ Sexto arguitur in corpore celesti repperitur infinitum secundum potentiam et diffinitionem cum sit quantum ꝛ continuum ergo ibi est infinitū actu consequentia tenet quia in perpetuis non differt esse et posse Item infinitum ꝛ finitum habent fieri circa idem sed finitum reperitur actu sub corpore sensibili ergo similiter potest reperiri corpus actu infinitum.

¶ Septimo arguitur sic omnis potentia est reducibilis in actum alias esset frustra sed infinitū nūꝙ̄ est in actu ergo nunꝙ̄ est in potentia. Item entia naturalia sunt determinata ad maximum ꝛ minimum secundum actum et potentiam ergo infinitum secundum potentiam non reperitur in rebus naturalibus.

¶ Octauo si reperiretur infinitum maxime esset in diuisione magnitudinis sed hoc non igitur. Minor patet quia omne infinitum per ablationē finiti tandem consumitur ergo in diuidēdo magnitudinē non est processus in infinitum Item secundum aristotelem mundꝰ fuit ab eterno et semper fuerūt homines ergo fuerunt infiniti homines et quilibet habuit animā immortalem ergo nunc sūt infinite anime Forte dices ꝙ vna anima transiuit de corpore in corpus contra secundum viam naturalem idem corruptum numero non potest redire hoc autem esset falsum sꝫ si anima idifferenter posset redire ad corpus.

¶ Nono in corpore sperico sunt infinita puncta ergo dabile est infinitum secundū multitudinē forte dicis ꝙ illa puncta non sunt ibi nisi in potentia. Contra corpus spericum secundum quālibet partem exteriorem potest tangere corpus planū ergo exterius habet infinita puncta. Itē in corpore sperico sunt infinite linee recte trāseuntes ab vno extremo in aliud per mediū quelibet aūt linea recta habet duo puncta in actu forte dicis ꝙ ibi nulla est linea in actu Cōtra ptes talis corporis actu continuantur ergo ibi sunt actu aliqua puncta. Itē vel realiter ibi est aliq̄ linea .s. dyameter vel nulla realiter Si scđm tunc illa linea que ꝑcise dicitur esse in potentia nō erit nisi ens rationis et sic i celo nō esset realiter equinoctialis si dicas ē i potentia qr est in materia arguatur ergo de punctis que sūt in ꝙ̄titate sacramenti eucaristie q̄ sunt separata nec continuātur forte dicis ꝙ linea et puncta sunt ibi realiter sꝫ non habēt propriū esse exīstētie hoc forte verum est qr nullum accidēs habet verū esse existentie tamē eo modo quo accidēs habet eē vel pūctum extremū linee sit realiter distincta pūcta habent diuersum esse quia linee ꝛ pūcta situ distingūtur. linea em̄ cōstat ex ptibus habētibꝰ positionē.

¶ Decimo infinite sunt spēs numerorum et forte aīalium quia ex cōmixtione diuersorū sexuū generatur mulus et ita videtur posse dici de aliis sꝫ de qualibet specie est vnū indiuiduū actu quia vniuersale est incorruptibile igitur. Item totū habet infinitas porpotiones ad quālibet partē quia ad suā medietatē habet proportionē duplā forte dicis ꝙ illa proportio nō est in actu. Cōtra totū est in actu duplū ad medietatē et triplū ad tertiā partē. Itē scđm ari. celum semper mouebatur et nullus motꝰ in eo est corruptus ergo sunt in eo nūc infinite motus Minor patet quia motus celi nō habet cōtrarium ergo a nullo corrūpitur forte dicis ꝙ corrumpitur ex natura rei quia est ens successiuū ꝛ ideo partes eius non possunt simul manere Contra Motꝰ localis est intensibilis et non nisi per additionem vnius accidētis ad aliud primum patet quia vnus motus localis est duplus ad alium Si agens sit duplum forte dicis ꝙ motus intēditur quia magis radicatur in subiecto Sed cōtra Tunc nunꝙ̄ motus violentus esset eque velox sicut motus naturalis qui maxime radicatur in subiecto suo. Item arguitur de relatiōibus quia sign̄ationes semp durarēt tūc etiam essē prior infinitis hominibus futuris ergo in me sūt infinite prioritates ꝓpter hoc dicit .s.t. de veri. q. 1. ar. 5. ad 15 ꝙ est relatio rationis Cōtra cras fore est in predicamento quādo ergo est relatio realis esse prius et nota ꝙ relationes rōnis sūt infinite scđm auicennā .s.t. de veri. q. 2. ar. 9 ad 4m quare ergo alie.

¶ Undecimo arguitur de linea giratiua capiendo colūnam sex pedum habentē in latitudine vnū pedem et diuidatur ad ymaginationē per partes pro

portionabiles et capiatur linea girans primã partem proportionabilem que continuetur linee girãti et circundanti secundam et sic in infinitum procedendo per partes proportionabiles tunc capta tota illa linea composita ex omnibus partibus girantibus omnes partes proportionabiles ipsa cõponitur ex infinitis partibus quarum quelibet est plus quam pedalis quia circundat partem proportionabilem que pedalis est. Forte dicis ꝙ ille partiales linee pedales non sunt in actu hoc est separate a seinuicem hoc nichil est quia ad maius vel infinitum secundum magnitudinẽ non requiritur ꝙ partes magnitudinis sint separate a se inuicem alias anaxagoras et alij philosophi non posuissent vnum corpus infinitum. Argumentum factum de linea giratiua ab aliquibus fit de dyametris infinitarum partium proportionabilium omnium girarum.

¶ Duodecimo angulus rectus est ĩfinitus igitur Ans patet quia componitur ex infinitis acutis nõ communicantibus quorum quilibet est maior angulo cõtingentie determinate quãtitatis vt patet ex tertio geometrie Et per idẽ posset argui ꝙ quodlibet mortale est infinitum quia secundũ multos in quolibet mortali sũt infinite partes quarũ quelibet est grauior veniali. Item in quolibet corpore pedalis latitudinis sunt infinite partes proportionabiles quarum quelibet est pedalis secundum latitudinem vel longitudinem igitur.

¶ Tertiodecimo arguitur in quolibet continuo sunt due partes eiusdem quantitatis et tres partes eiusdem quantitatis.s.tres 3e et sic in infinitum ergo in quolibet sunt infinite partes eiusdẽ quantitatis tenet consequentia per exponentes infiniti. Itẽ quidã probant ꝙ aliquis motus nunc est de facto infinitus quãdo duo corpora dura separantur. quia immediate post hoc per totum mediũ erit aer sed de hoc postea. Item sint duo angeli et vnus in prima parte proportionabili claudat fenestram in secunda alius aperiat et sic fiat alternatim vsque ad finem hore tunc sol in hac hora ĩfinities producet lumẽ nouũ in hac camera quia semper fuit corruptum claudendo fenestrã vel fiat de sole quẽ deus in qualibet parte proportionabili giret circa terrã vel cõseruet deus omnia pũcta extra subiectum sine linea tunc omnia sunt in actu ergo infinitum est possibile

¶ Ad primum dicendum ꝙ infinitum in potentia est passio quantitatis et tale est eius actu existens licet non sit actu infinitũ et non loquimur hic de deo qui est infinitus negatiue sed de ĩfinito priuatiue quod cõuenit quantitati. Ad aliud dicitur ꝙ philicus habet tractare de infinito vt est passio quantitatis Sed contra quantitas pertinet ad mathematicum ergo et infinitum Dicendum ꝙ infinitum hic consideratum non est passio quantitatis absolute sed vt est dispositio rerum naturalium.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ de non ente non est sciẽtia sic ꝙ sciatur esse sed negatiue vel dicitur ꝙ infinitum in potentia est. Ad aliud dicitur per idem Et licet nõ sit ens naturale tamen ab antiquis hoc credebatur dicebant enim infinitum esse principium. Sed contra infinitum formaliter dicit priuationẽ ergo aliquid supponit. Item si infinitum esset ipsũ occuparet omnia et sic principiatũ non esset ergo nec principiũ.

¶ Ad tertiũ dicit. S. T. pª par. q. 7. ar. 3. ad 4m ꝙ motus et tempus non sũt totũ in actu sed successiue secundum phm̃ de magnitudine dictũ est ꝙ est infinita secundum potentiã quia in infinitũ diuidi potest. Sꝫ contra sequeretur ꝙ pars esset equalis toti quia sicut totum est in infinitum diuisibile ita et quelibet pars. Negatur ꝯña quia pars non est diuisibilis in tot partes equales sicut totum. Sed queritur an diuidendo aliquod totum remaneat vnitas q̃ prius erat in partibus dicendum ꝙ nõ sed in qualibet parte causatur noua vnitas et precedẽs corrumpitur. Sed contra volo ꝙ ille partes vniãtur tunc est idẽ totum quod prius erat ergo precedens vnitas q̃ fuit corrupta naturaliter reproducetur. Itẽ eadẽ actio non generat et corrumpit vnitatẽ sed diuisio generat vnitatẽ in qualibet parte ergo non corrumpit precedentẽ. Ad pm negatur ꝯña Et ad aliud negatur assumptum.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ sub eadẽ materia successiue sunt diuerse forme et ideo non oportet materiam esse infinitam Ad aliud dicitur ꝙ vltimũ celum finitur per seipsum.

¶ Ad quintũ diceret aliquis ꝙ nichil cõceptũ ab intellectu est infinitũ quia de cõceptu et diffinitiõne linee est ꝙ habeat duo pũcta terminatiua Sꝫ ꝯtra linea circularis nõ habet duo pũcta terminatiua vnde neque anulo sũt dabilia duo extrema Et si queratur an ista sunt finita vel infinita dãdũ est primũ similiter apprehendi potest totũ tẽpus preteritum cathegorumatice et totũ tẽpus futurũ et tamẽ nõ in quolibet istorum dantur duo extrema Sꝫ ꝯtra quia tẽpus infiniti ẽ infinita secundum phm̃ ergo si totũ tp̃s preteritum aprehensum est infinitum sequitur ꝙ quelibet dies preterita que est pars eius fuit infinita. Itẽ infinitũ nõ habet principiũ neque finẽ sed totum tempus preteritum habet finẽ ergo nõ est infinitũ Itẽ ĩfinitũ nõ habet pñcipiũ factiõis sed tẽpus preteritũ habuit cãm effectiuã.s.intelligẽtiã mouẽtẽ celũ Itẽ nunquam fuit verũ dicere infinitum est et tñ tp̃s p̃teritum aliquando fuit pñs et ipm̃ nõ fuit ĩfinitũ dicẽdũ ꝙ tp̃s ẽ infinitũ in potẽtia vt supradictum est et quilibet eius pars Et per hoc soluuntur cetera argumenta Itẽ quidã ymaginãtur lineã giratiuã eẽ infinitã et tamẽ non habet duo extrema quia nõ põt signari pũctũ ad quod terminatur tota linea giratiua veniẽdo versus partes proportiõabiles minores dicẽdũ igitur sꝫ phm̃ ꝙ nõ semper oportet ymaginatiõi credẽ alias duo ꝯtradictoria eẽnt vera Ad aliud dicitur ꝙ extra celũ nihil ẽ. ꝯtra deus põt mouẽ lapidẽ extra celũ et facẽ ipm̃ magis distare a celo vel extra istud celũ põt creare aliud celum distãs ab isto dicẽdũ ꝙ talis lapis nõ distaret a celo positiue.

¶ Ad sextũ dicitur ꝙ motus celi est infinitus secũdũ durationẽ et similiter celũ põt etiam dici ꝙ celũ est diuisibile mathematice.i. sibi nõ repugnat in rõne quãtitatis quin diuidatur illa pro auctoritas phi exponitur a.s.t.de.po.q.3.ar.14.ad.5.non oportet inquit si deus põt aliquid facere ꝙ illud fecerit quia ẽ agẽs secundum volũtatẽ auctoritas ergo intelligitur de potentia

passiua que est corruptionis principiuz et ideo sempiternitati repugnat Sed contra tunc auctoritas supponeret vnũ tñ quia in perpetuis non est hoc modo posse dices ꝙ negatiua nichil presupponit vnde adhuc contra illam auctoritatem arguitur qꝛ materia antichristi potest esse perpetua et tamen non sequitur ꝙ sit. Item tempus futurum erit perpetuum et tamen non est. Item angeli sunt perpetui et tamen scḋm sanctum tho. in eis differut esse et posse quia essẽtia angeli nõ est sua potẽtia ymo multi dicunt ꝙ materia non est sua potentia licꝫ sit perpetua. Item dato ꝙ materia sit sua potẽtia passiua tamen non est suum esse dicenduꝫ ꝙ materia est suum esse et sua potentia et ita quelibet essẽtia est sua potentia si illa potentia non sit ad operari sed ad esse Multiplicia etiam sunt perpetua. s. deꝰ corpora celestia materia prima. et de hac verificat auctoritas philosophi que sic ponitur T. C. 32. contingere enĩ ad esse nichil differre in perpetuis nõ sequitur tamen ꝙ sitista pars celi possit esse in oriente ꝙ propterea sit ibi Ad aliud dicitur ꝙ non oportet si vnũ priuatiue oppositum sit in actu ꝙ alteruꝫ sit in actu sed sufficit ꝙ sit in potentia.

¶ Ad septimuꝫ dicitur ꝙ eo modo quo aliquid est in potẽtia sic reducitur ad actũ mõ infinitum solũ est in potentia ad actũ incõpletum et sic etiam reducitur in actum per diuisionem tamen post vnam diuisionem adhuc remanet alia possibilis ita ꝙ nũ ꝗ̃ continuum est ex toto diuisum Contra philosophus probat ꝙ per appositionem non potest excedi quelibet magnitudo quia si esset in natura potentia ad appositionem transcendentem omnem quãtitatem sequeretur ꝙ esset actu infinitũ hec est cõsequentia philosophi ergo si continuum sit in potẽtia vt in infinitum diuidatur vel numerus vt in infinitum augeatur sequitur ꝙ actu erit numerus infinitus vel continuum in infinitum diuisum. Iteꝫ omnis vna potentia potest reduci ad vnum actum. sed quelibet pars continui est in potẽtia vt ab alia diuidatur et omnes iste potentie faciunt potentiã vnam secundum quam continuũ est i qualibet parte diuisibile. Ad primum dicit sanctus thomas lec. 11. ꝙ non oportet numerum tantũ esse in actu ꝗ̃tum est in potentia sicut hic dicitur de magnitudine quia additio numeri sequitur diuisionem continui per quam itur ad id qḋ est in potẽtia et ad materiã vnde non oportet deuenire ad aliquem actũ finientem potentiã sed additio magnitudinis ducit in actũ quia itur ad totum qḋ habet rationẽ forme continentis et terminantis et determinatam quantitatem sicut et omnes res naturales Sed cõtra sicut res naturales habent determinatam quãtitatem in magnitudine ita et in paruitate. Item pono ꝙ omnis sint diuisa i minima naturalia quo facto nõ poterit dari maior numerꝰ qꝛ numerus causatur ex diuisione ꝯtinui forte dicis ꝙ nõ repugnat minimo diuidi in rõne quantitatis Contra sic nec repugnat cuicũqꝫ corpori augeri in ratione quantitatis sed solũ incõtum est ẽna naturale forte dicis ꝙ numerus non causatur ex diuisione continui quia homo et asinus faciunt numerum binarium sine diuisione alicuius continui Cõtra sequeretur ꝙ partes cuiuslibet continui facerent numerũ infinitũ quia infinite sunt partes proportionabiles. Sed hoc est contra phm dicentem ꝙ omnis numerꝰ est numeralis et omne numerabile est finitum. Item vel ille numerus esset par vel impar forte dicis ꝙ sicut albedo nõ est alba ita nec numerus est numerabilis Preterea arguitur ꝙ in diuisione continui itur ad formam quia per diuisionẽ continui producitur forma numeri et vnitas. Item per diuisioneꝫ vnius aque fiunt quatuor aque dicenduꝫ ꝙ res naturales possunt in infinitum diuidi licet nõ possit in infinitum augeri quia nõ potest corpus dari maius celo. Et licet detur minimum naturale tamen quantum est ex parte materie non repugnat sibi diuidi et ideo dictum est ꝙ infinitum se tenet ex parte materie nec diuisio continui procedit ad formaꝫ naturalem sed bene mathematicã. Notandum ꝙ sanctus tho. lec. 11. dicit appõ in infinitum inuenitur in magnitudinibus per hoc tamen non exceditur quedam determinata magnitudo, quia dato ꝙ infinite partes proportiõabiles corporis pedalis addantur alteri corpori pedali nunꝗ̃ tamen fiet corpus maius ꝗ̃ pedale.

¶ Ad octauũ dicitur ꝙ ꝑ ablationeꝫ partium proportionabiliũ nuꝗ̃ est status Sed contra auferat primo vna medietas in prima parte proporcionabili horeꝛ in secũda auferatur secũda tunc in fine hore totũ erit ablatum Item sit magnitudo. 7. pedum ꝛ primo auferat pars 4 pedũ 2ᵒ. pars duoꝝ 3ᵒ. vero pars vnius pedis quo facto nichil remanetꝛ tamen seruata est proportio quia 4. et duo ꝛ duo ꝛ vnuꝫ hñt proportionẽ duplam dicendũ ꝙ primuꝫ intelligitur de finitis ablationibꝰ. 2ᵒ. dicitur ꝙ in numeris finitũ per ablatiõnẽ finiti cõsumeret nõ aũt in cõtinuo si a principio seruetur eadeꝫ ꝓportio in diuidẽdo. Ad aliud argumẽtũ dicit. S. T. 1. par. q. 7. ar. 4. ꝙ propter hoc auicẽna et algazel dixerũt ꝙ licet ĩpossibilis sit mᷓitudo infinita actu per se non tamẽ ĩfinita per accidens et sic ponebat infinitas animas secunduꝫ ĩfinitos hoies preteritos. S. T. 1. par. q. 46. ar. 2. ad . 8. ponit super hoc plures modos respondendi et in fine dicit ꝙ aliquis posset dicere ꝙ licet mũdus fuit eternus vel angelus non tamen homo quidam dicunt ꝙ oportet incidere in alterum istorum. s. ꝙ deus aliquas animas immo infinitas anichilauitꝛ ꝙ infinite anime fuerunt corrupte vel alij dicunt ꝙ nunc essẽt infinite anime sincathegoreumatice nõ aũt cathegoreumatice quia nulle sunt omnes. Sãctus tho. opus. 72 in fine dicit ꝙ nescimus quid aristo. respõderet huic rationi sed habet pro certo ꝙ ĩfinita esse non possunt etiam per accidens nec placet sibi infinitum esse possibile.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ puncta non sunt in actu qꝛ non habet subiectum adequatum vel licet puncta realiter sint tamen non habent propriũ esse qꝛ sũt entia incompleta secus est de alijs accidentibus. Sed nonne brachium germani licet sit pars realiter est et similiter quelibet alia pars Si non tunc totũ realiter cõponitur ex non ptibus. Dicendum

ꝙ pars homogenea dicitur non esse actu quia non habet propriam existentiam sed existentiã totius.

¶ Ad decimum dicendum ꝙ non sunt actu infinite species numerorum vel figurarum S. Tho. 1. par. q. 7. ar. 4. ad secundũ Si enim multitudo specierum esset actu infinita sequeretur ꝙ vnum infinitum esset maius alio quia maior est multitudo indiuiduorum ꝙ̃ specierum forte consequens nõ est inconueniens quia animal plura significat ꝙ̃ homo vel de pluribus predicatur licet homo predicetur de infinitis hominibus possibilibus secundum ꝙ dicimus adam esse hominẽ. Ad aliud dicitur ꝙ totum non est duplum per proportionem que sit in actu nisi subduplũ sit per se subsistẽs. Ad aliud dicitur ꝙ intensio motus non fit per additionem sed de hoc alias.

¶ Ad vndecimũ. paulus non habet ꝓ inconueniẽti ꝙ detur linea curua infinita sed inconueniẽs esset de linea recta secundum phm̃. Alij dicũt ꝙ nõ potest dari tota linea giratiua girans oẽs partes proportionabiles quia nulle sũt omnes si enim esset aliquod infinitum inquit phũs ipsum omnia occuparet sed hoc forte non oportet de hoc qd̓ est infinitum solum secundum vnam dimensionem. Itẽ quelibet linea videtur si ergo esset linea giratiua infinita vidẽtur causare visionem infinitã añs patet quia perspectiua est de linea visuali ergo linea videtur.

¶ Ad duodecimũ dicit albertus primo celi negãdo hanc cõsequentiã cõponitur ex ĩfinitis acutis et tamẽ ergo est infinitus sed oportet ꝙ aliquo determinato angulo eiusdem speciei dato habeat infinitas partes maiores Ad aliud negatur cõsequẽtia sed oportet ꝙ vna continuetur alteri secundũ illam dimensionem scd̓m quam debet esse infinitũ

¶ Ad tertiũdecimum negatur cõsequentia a paulo quia quantitas in cõsequente stat determinate nec confunditur per infinitum sic arguitur a pluribus determinatis. Alij dicunt ꝙ oportet sic arguere in hoc continuo est aliqua pars certe quãtitatis et sunt ĩfinite eiusdem quãtitatis cũ illa igitur hoc est infinitum.

¶ Ad argumentum capitale patet ex dictis. Nec oportet ꝙ oĩa potentia obediẽtialis reducatur ad actum. Naturalis tamẽ esset imꝑfecta nisi ad actũ reduceretur. S. T. de veri. q. 8. ar. 4. ad 13.

¶ Quarto ar̄ φ mot⁹ sit temp⁹ quia partes motus copulant̄ ad vnū terminū cōmunē sciꝫ ad mutatū eē ergo est quantitas continua ⁊ non nisi tempus igit̄. Forte dicis φ mot⁹ non est per se cōtinuus sꝫ per magnitudinē Cōtra philosoph⁹. 3°. phi. dicit φ mot⁹ est de genere cōtinuorū. Itē pri⁹ et posterius motus sunt essentialiter motus sed motus est essentialiter prius et posterius motus primi ergo ⁊c. maior propositio apparet quia prius ⁊ posteri⁹ sūt partes motus vt videt̄ velle cōmen. in isto 4°. vbi dicit φ temp⁹ non fit nisi quando mens diuidit motum secundum prius et posterius et nichil diuiditur nisi in suas partes ergo prius et posterius sunt partes motus partes autem motus sūt mot⁹ sicut partes linee sunt linee g° prius et posteri⁹ sūt

motus et hec fuit maior et minor apparet in littera tēpus enī est prius et posterius ipsius motus secundū ari. in littera. Item illa sunt eadem quorum partes sūt eedē sz partes tp̄is sunt eedē cum partibus motus. qđ patet qr dies que est quedā para tp̄is est latio solis sup terrā vt hētur. 6. thopicorū. latio autē solis sup terram est pars motus celi quef. &c. Item nichil est mēsura extrinseca oīm motuū inferiorū nisi primus motus vt patet in 4° sed temp⁹ est mensura extrinseca oīm motuū istorum inferiorum quare &c. Item mēsura et mensuratū sunt vnigenia vt vult ari. in isto 4° et cōmētator in penultimo cōmento hui⁹ capl'i sed temp⁹ est mēsura primi motus. vt vult ari. quare &c. Forte dicis q̄ tp̄s q̄ ad suū materiale ē ipse mot⁹ 2m rē nō autē quo ad suū formale vñ prius et posterius ipsius mot⁹ sunt partes temporis quo ad suū materiale. Contra tēpus quo ad suum materiale est de p̄dicamēto quātitatis non aūt motus localis sz ē de p̄dicamēto vbi

¶ Quarto arḡ q̄ tempus non solum sit in motu primi celi qr omnes motus circulares sūt eiusdē spēi q̄tū ad hoc q̄ ē esse successiuū ergo habent candez passionē sed tēpus est passio primi motus ergo est passio oīm aliorum. Item tēpus fundatur in priori et posteriori ipsius motus sed ista sunt in quolibet motu ergo et tempus. Item accidit tempori esse mensuram mot⁹ firmamenti scđm. s. t. pª par. q. 66 ar. 4. ad 3m ergo tempus nō est passio primi motus Item tēpus est formaliter successio mot⁹ ergo est in oī motu. Añs pz qr oīs successio in successiuis mensuratur quantitate que est tēpus.

¶ Quinto si motus habet propriam successionez extrinsecā aliā ab ea que est formaliter tēpus. tūc essent due q̄titates formaliter successiue scz successio et dura° motus. Item omne per quod cognoscimus durationē motus ⁊ tēpus sz motu horologij cognoscimus duratione aliqui⁹ motus ergo tēpus est subiectiue in horologio.

¶ Sexto prius et posterius sūt rela°nes ergo nō sunt de essentia et diffinitione tp̄is. Item est dabile minimum tp̄s ergo non in omni tp̄e est pri⁹ et posterius Añs patet quia oīm rerum est certus terminus in magnitudine et puitate. Item oē temp⁹ est sensibile per se vt patebit in 2° de aīa sz est dabile mīmū sensibile ergo et mīmum tempus. Item dabilis est mīmus numer⁹ scz binarius sz temp⁹ est numerus ergo dabile est mīmum tempus.

¶ Ad primum dicendū scđm. s. tho. in p° di. 19. q. 2. ar. prio q̄ illud qđ est de tp̄e quasi materiale. s. pri⁹ et posterius fundatur in motu qđ autē est formale cōpletur in opatione aīe numerātis vñ cōtinuitas accidit tempori ex rōne motus et mensura. vnde si aliquis motus esset non continuus habēs ordinez ad motū ꝯtinuū celi tp̄s mensurans illum motum non esset continuū et. q. 5. ar. p° dicit q̄ formale in tp̄e scz nūatio cōpletur per opationez intellectus numerantis. et d. 37. q. 4. ar. 3. dicit q̄ formale temporis est quanti° discreta. s. numerus sz materiale qđ est esse cōtinuū hz esse ex motu et in 2°. d. 2. q. 1. ar. 1. ad. 4. dicit q̄ cōtinuitas accidit tempori ex parte motus numerati et non scđm formaz suā qua est numerus vt dicit cōmen. 4. phi. et opus. 4. pz idem propterea dicit capreo. in 2° q̄ temp⁹ formaliter ē numerus et sic pro suo formali nō est continuū sed solum quo ad suū materiale. Et si queratur cū tempus sit principalius discretum q̄ continuū quare non potius ponit in p̄dicamēto vt est spēs quantitatis discrete q̄ continue Respondetur a quibusđ quia vnitates numeri qui est tēpus non sunt aliud nisi prius ⁊ posterius pars motus. que non sūt actu distincte sed continuātur ideo numerus quātitas non continetur sub quantitate discreta sed tunc q̄ritur An vna hora sit formaliter q̄titas discreta videtur q̄ non qr vna hora non dicit aliquem numerum. Ego aūt dico q̄ tempus nō est numer⁹ formalis vt hic expresse dicit phūs sed est numer⁹ numeratus tm̄ vt dicit sanctus tho. Et cum queritur quo numero numeratur et in quo est subiectiue numeruo numerans tempus eodem° quereretur vbi est numerus quo vna linea bipedalis dicitur esse duorum pedum. Dico q̄ ista numeratio ī gñe efficiētis est ab anima scđm q̄ discernit inter prius et posterius sic ergo numerus qui dicitur eē tempus ē ens per se scilicet quantitas continua successiua nec iste numerus est species quantitatis discrete

¶ Ad secundum dicendum q̄ motus aliquando ē notior quo ad nos et tunc per motum cognoscim⁹ tempus aliquando autem econuerso sed cōtra motus est subiectū temporis ergo motus natura precedit temp⁹ vnde tempus diffinitur per motū tā q̄ per aliquid magis notum ergo naturaliter motus est notior ergo tempus non mensurat motum quia mensura debet naturaliter esse notior mēsurato dicitur q̄ mot⁹ vt mēsurabilis est non ē prior secundum naturam ipso tempore licet prim⁹ motus in ratione subiecti precedat tempus in ratione accidentis Ad aliud dicitur q̄ aliquando mot⁹ continuus est per media non continua vt quando lapis cadendo pertransit aquā et aerē de hoc aūt 5°. phi. S. T. opus. 44. c. 3. dicit q̄ motus est essentialr continuus ⁊ successiuus dico ḡ q̄ mot⁹ hz suā continuitatem et diffinitionē partim ex parte magnitudinis et ex parte tēporis vnde motus velox est quo aliquid mouetur per multū spacium in pauco tempore nec inconuenit illđ qđ est per se continuū habere esse ab alio effectiue.

¶ Ad tertium patet ex supradictis Ad aliđ dicit sanc. tho. le. 20. q̄ temp⁹ mensurat aliquā partem mot⁹ et consequenter illa pars mensurat alias partes mot⁹ vnde temp⁹ primo ⁊ per se ē mēsura mot⁹ Ad aliđ dicit. s. t. le. 17. q̄ pri⁹ et posteri⁹ ponūt in diffinitione temporis secundū q̄ causantur in motu ex magnitudine et non secundū q̄ mensurātur ex tēpore. Si queratur cum temp⁹ sit numer⁹ numeratus an motus celi et motus istorum inferiorum habeant eundem numerum numeratum in numero videtur q̄ non quia diuersi motus sunt diuersa nūerata dicēđ q̄ hñt eūdē numerū nūeratū qui est tēpus sicut septē equi ⁊ 7. canes non differūt secūdū numerū sūt enim semper septem Sed dices diuersa subiecta habent diuersa accidentia numero ergo 7. homines et. 7. canes non habent

eundem nūerum. Item motus rectus et motus circularis celi distinguntur specie ergo nō mensurantur eodē nūero nūerato qui est tēp⁹ primi celi alias isti motus possēt proportionari. Negatur cōsequētia q̄ non fiunt per eandē lineā et ideo vnus non debet dici velocior altero vide. s. tho. lec. 22. ꝛ phisi. T. C. 133.

¶ Ad quartū dicitur ꝙ motus reductiue est de genere continuoꝝ. Ad aliud dicit. s. tho. opus. 44. ꝙ prius et posterius in motu ꝑt duplicit̄ cōsiderari vno⁹ prout sūt sub forma ꝯtinui absoluto et sic non sunt tēpus. Alio⁹ vt sunt sub forma discreta et sic pri⁹ ꝛ posteri⁹ mot⁹ sūt tēpus. Dico aūt ꝙ pri⁹ ꝛ posteri⁹ isto⁹ non sunt motus et ꝑ ꝯñs nō sūt pars motus q̄ quelibet pars motus est motus vñ partes tēpis non sunt partes temporis nec ecōuerso. Quid dicunt ꝙ tempus potest vocari motus quia est quid flux⁹ continuus et actus permixtus potētie. Ad alia patet ex dictis.

¶ Ad quintū dicitur negādo maiorē quia eternū non est eiusdē speciei cū temporali et motus celi ē eternus. Sed cōtra ꝑm hoc totus motus celi nō esset eiusdem speciei cū vna parte quia pars est corruptibilis non aūt totus motus. Quidā dicunt ꝙ tempus non est passio motus q̄ motus celi est ens respectu quantitas aūt tpis est ens absolutum De predicamento quātitatis omē aūt absolutū precedit respectiuū quicquid sit de hoc dico scdm s. tho. ꝙ tpūs est per se mensura primi motus. et quia iste motus primi celi nunc est primus ideo habet in se tempus subiectiue si tamen aliud fieret primū mobile tpūs esset solum in motu eius et ideo tpūs nō fundatur in quolibet priori et posteriori motus secundo dr̄ ꝙ in motu duplex est successio. s. intrīseca que cōsistit in fluxu forme Alia est extrinseca se habens per modū mensure et hec est tēpus prima autem successio non est quantitas motus tamen dicitur q̄tus per temp⁹. Et nota ꝙ licz temp⁹ non sit formalit̄ successio que est relatio tamē materialiter dicit quand successionem et per hoc patet ad sextum Ad aliud dicitur ꝙ prima mensura que dicitur tempus per essentiā est in celo. ꝛ in motu eius. Et si dicatur sole quiescente adhuc esset tempus hoc verum est quia est in primo mobili sed contra sol facit diē et estatē ergo tēp⁹ est i sole añs pz q̄ dies est latio solis sup nos forte dicis ꝙ non q̄ tēpus nō est motus sed contra illa est diffinitio astrologie dic ꝙ sol non facit diem absolute sed quo ad differentias accidentales et sic facit hiemē et estatez. Si dicatur quiescente primo celo in quo esset tpūs dicendum ꝙ in celo proximo Sz queritur si omnia quiescerēt preter vnum lapidem quē deus moueret localiter videtur ꝙ esset in illo lapide. Sed cōtra Ex motu lapid nō causatur nunc temp⁹ in ipso lapide. ergo nec tunc quia eedem sunt cause nunc et tūc. Item tempus non cōsequitur nisi motum localē calefaciat ergo deus aquam oībus alijs quiescentibus q̄ritur an tunc adhuc esset tempus. Item queritur An hec sit vera quantitas motus mensuratur tpe si sic ergo motus habet quantitatē distinctā a tpe. Dicendum ꝙ sic ad illud qd tangitur in argumēto sexto. dicitur cum phō et sancto tho. lec. 19. ꝙ non est dabile minimum tēpus si accipiatur ꝑ modum continui sed bene si accipiatur per modū discreti quia vna hora non potest diuidi in esse vnius hore. Ad alia dictum est supra.

Ad tertium sic proceditur, videt ꝙ temp⁹ ꝛ instans sint idem quia de tpe nō habem⁹ nisi nunc ergo nūc est pars tpis vel tempus. Forte dicis ꝙ nunc est continuatiuū partiuz tempori et ideo ratione ipsius tēpus dicit esse. Contra. sequeretur ꝙ motus dr̄etur esse in instanti quia mutatū qd est continuatiuū per se mot⁹ est in instanti ergo rōne illius totus motus dicitur esse in instanti.

¶ In oppositum arguitur. q̄ instans non est quātitas cōtinua ergo non est tempus. ¶ Respōdeo dicendum scdm phm̄ ꝙ ipsum nunc est quod idem in toto tempore et quodāmō diuersum quia est idē subiecto et scdm essentiam sed secundū successiuū esse est alterum et alterū sicut mobile secundū substantiam est idē in principio et in fine motus tamē est alterū secundum rationem quia est mutatum sic etiam nunc est alterum inq̄ntum fluit de priori in posteri⁹ secūdum renouationem situs ipsius mobilis.

¶ Et notādū ꝙ temp⁹ cognoscitur ꝑ nūc quod est maxime notū sicut motus cognoscitur supra quā fit vnde ex hoc ꝙ idē mobile pertransit diuersas partes spacij causatur motus et ex fluxu puncti ymaginatur causari linea sic etiam ex fluxu ipsius nūc a priori in posteri⁹ causatur tēpus ipz aūt nūc est numer⁹ sine mensura ei⁹ quod fertur id est ipi⁹ mobilis nō ꝙ celū secūdū suam substantiam absolute mensuretur per ipsū nūc. S. T. opus. 36. c. 3. et. 44. c. 3. nec ꝙ motus eius continuus mensuret per ipsum nunc sed ipsum celum vt est idem subiecto in toto motu Et si queratur vtrum ipsum nunc sit tempus dicendū ꝙ tempus non potest esse sine nunc quia est mensura mobilis sine quo nō potest esse tempus partes etiam temporis continuātur et diuidūtur per ipsum nūc sicut partes linee per pūctū in hoc tamen differt nunc a pūcto quia punctū est permanens et linea similiter ꝛ ideo potest accipere homo idem punctū bis. s. vt principium et finis linee sed ipsū nūc non est stans sed est semper alterū et alterū scdm rationem per hec patet responsio ad quesitum. s. ꝙ nunc non est tempus nec pars temporis sicut punctum non est linea nec pars linee.

¶ Notandū preterea ꝙ quedam sunt proprietates temporis est enim breue vel longum inq̄tū est continuū et est multum et paucū inq̄tū est aliquo modo discretum.

¶ Item est idem temp⁹ numero respectu omnium lz fit alia pars temporis que est preterita et que presens. Item sicut contingit reiterare eundē motū in specie ita reiteratur idē tēpus in spe. Item tempus numeratur per motum et econuerso vt supradictū est. Unde aliquando cū dubitam⁹ de numero tūc numeram⁹ ipsū per numeratū vel

quis sciret se habere digitos.10.et nesciret ςputa
re vsqȝ ad.10.posset ex ipsis digitis q̄ sūt quedā nu-
merabilia cognoscere numerū denariū in alijs re
bus.s.in equis si semp acciperet.p vno digito vnūȝ
equū et sic tempus qđ est nūerus aliquo⁹ numerās
motum potest aliqñ p motū cognosci qui est notior
quo ad nos. Item sicut motus insequitur magnitu
dinem.ita tpūs sequitur motum sȝ aliquādo mēsu-
ramus magnitudinē per motū vt si mot⁹ fuerit mul
tus dicimus viam fuisse magnā et ita aliqñ dicim⁹
tpūs esse magnū si motus fuerit multus. Ex quo
patet ꝙ tpūs mēsuratur motu a posteriori tm̄ sȝ mo
tus mensuratur tpe simpliciter et a priori secūda
pars patet quia mensurare simpliciter ⁊ a posterio
ri cōuenit illi quod hȝ rōnem ꝗtitatis ꝑ se sed tem
pus est per se quantitas ergo mēsurat motū a prio
ri Sed dices in quinto methaphisice tempus non
ponitur spēs quantitatis ergo tempus nō est quā-
titas per se. Ad hoc dictū est supra de loco.⁊ sctūs
tho.opus.42.c.20.dicit ꝙ methaphisicus ςsiderat
quantitatē scđm suū esse.et non sub rōne mensure
et ideo illa que sunt quanta ꝑ se ponit per se spēs
quantitatis vt lineā superficiē et corpus illa autē
que sūt quanta per aliud sicut tpūs est quantum ꝑ
motū motus vero per magnitudinē ponit phi.esse
quantitates per accidens.

¶ Notādū p̄terea ꝙ phūs probat ꝙ temp⁹ non est
nūerus simpliciter quia tunc esset idē tēpus respe
ctu preteriti motus et motus futuri sicut est idē nu-
merus simpliciter diuersoꝝ numeratorum vt centū
equorum et.100.hoīum siue simul existant siue suc-
cessiue licet numerus nūeratus sit diuersus vt 100
equi aliud sūt a 100.hominib⁹. Et licet tpūs nō de
beat simpliciter dici nūerus numerans quo dicitur
tñ simplr nūerus numerans motum vel ꝑ quod mē
suramus motum. ¶ Notandum preterea ꝙ phūs
declarat quid sit nūc/tunc/modo repente/et olim/
vnde ipsum nunc capitur dupliciter vno⁰ proprie
pro instanti indiuisibili et sic ςtinuat et diuidit ter
minos. Aliomō capitur nūc vulgariter pro aliquo
paruo tempore propinquo p̄n̄ti vt cuȝ dicimus sor.
venit nunc.i.hodie et sic non dicimus ꝙ diluuium
noe factum sit nunc. Iteȝ tūc significat tempus de
terminatum licet non sit propinquū vt tunc destru
cta est troya. Item iam dicit tempus propinquum
presenti sed modo dicit tempus preteritum propi-
quum p̄n̄ti vt dicendo modo recessit sed olim dicit
tempus preterituȝ remotū a presēti Et repente di
cit tpūs insensibile propter sui paruitatem.

¶ Conclusio responsiua instans est aliquid distin
ctum realiter a tempore.probatur primo quia dicit
cōiter ꝙ nō possūt esse vera simul duo contradicto
ria.hoc aūt non pōt esse verum pro aliquo tempo-
re quia quocunqȝ tempore dato in diuersis partib⁹
eius duo contradictoria possūt esse vera Si dicas
ꝙ non in eadem parte Capio ergo vnam partē tūc
sicut illa pars adhuc est diuisibilis ergo in diuersis ꝑ
tibus illius partis duo contradictoria possūt esse
vera et per cōsequens in illa parte data Item si in
stans esset dies sequeretur ꝙ quecunqȝ sunt in ea
dem die essent in eodem instanti. Item tunc mot⁹
fieret in instanti quia motus fit in tempore et tem-
pus scđm gregoriū de arimino est instans ergo mo
tus fit in instanti. Item tunc in eodem tp̄e nō esset
plura instantia sed vnum tm̄ qȝ instans est tot.i.vnū
tempus. Item res permanens incipit esse per pri
mum instans sui esse vt a multis dicitur querit er-
go quid est primum instans esse forte dicis ꝙ secun
dum rei veritatem est aliquod paruum tempus añ
quod res non fuit. Cōtra sequeretur ꝙ ens succes
siuum haberet primum instans sui esse quia est da-
bile aliquod paruum tempus i quo ens successiuū
est.et ante quod non fuit et sic non aliter exponerē
tur propōnes de incipit in rebus successiuis ⁊ in re
bus permanentibus Item tūc semper res perma-
nens haberet vltimum instans sui esse quia datur
aliquod paruuȝ tēpus in quo sor. est post quod nō
erit forte dicis ꝙ post illud erit quia erit in medie-
tate posteriori illius temporis hoc nichil est dicere
quia pars non sequitur totum

¶ Contra hec arguitur quia vel instans est vnuȝ
et idem in toto tempore vel non si primū Contra
tempus se habet sicut linea sed in linea sunt duo
puncta ergo in tempore non est semper idem in-
stans. Forte negas maiorem quia punctum linee
potest accipi vt principium vnius et finis alteri⁹.
Contra sic etiam instans quod est finis temporis
precedentis est initiū temporis futuri. Item
tunc adam et abraham fuisseut in eodem instanti
et per consequens fuissent simul quia fuit idem i
stans per totū temp⁹ Itē tunc adam incepisset et
desijsset in eodem instanti quod implicat contradi
ctionem vt patet per exponentes. Item tunc duo
contradictoria fuissent vera in eodem instāti adā
est et adam non est quia quelibet illarum fuit vera
in aliquo instanti ergo si in toto tempore nō sit ni-
si vnum instans sequitur ꝙ ille fuerunt vere in eo
dem instanti Forte dicis ille fuerunt vere secūdū
rem sed differt secundum rationem hoc est contra
S.T.in 4⁰ di.11.q.1.ar.2.q.2.ad.2.quia inquit cō
tradictoriaꝝ[m] rem est impossibile ēē simł,simul aūt
secundum rem maxime sunt que sunt in eodem in-
stanti secundum rem vnde impossibile est duo con
tradictoria ēē in odē instanti secundum rem ꝗtūc
ꝗ sit differens ratione. Item tunc instans nō ēēt
instans dicitur enim instās quasi non stans secun
dum grammaticos modo si maneret vnum et idem
in toto tempore tunc esset stans et permanens
et per consequens non esset instans. Item muta-
tum esse ipsius motus non est vnum et idem ergo
neqȝ instans in tempore. Item instans non est di-
uisibile secundum durationem ergo nō manet idē
in toto tp̄e quia impossibile est ipsū intelligere ni
si vt fluens s.t.i 2⁰.dis.1.q 1.ar.5.ad 6[m].

¶ Secundo arguitur ꝙ instans maneat idem i to
to tempore secūdū sen. philosophi expressam.T.
C.103. Item instans est numerus eius quod fertur
secūdum ꝙ fertur.i.est mensura primi mobilis qđ
manet idē in toto tempore ergo etiam instans ma
net idem in toto tempore. Item secundū phm̄ si-
cut se habet mobile ad motū ita instans ad tempus
sed mobile est idem per totū motū ergo instans est

idem per totum tempus. Item instans nūq̄ corrūpitur ergo semper manet. Añã p3 q2 vel corrūpitur in instanti qđ est ipsūmet vel in alio est corruptum si primū ergo simul est et non est q2 corruptu3 est in seipso ergo non est. Si dicatur ꝙ corruptū est in instanti p̄cedenti. Contra non fuit instante precedēte ergo non fuit corruptū instante precedente. Si dicatur ꝙ corrūpetur et erit corruptū in instanti sequenti mediato sc3 q2 non datur instans imediatū instanti sequitur ꝙ istud instans erit cū aliquo alio instanti qđ precedet predictū instans mediatum.

Tertio arĩ probando ꝙ nunc nō est nūerus eius qđ fertur scđm ꝙ fertur omnis nūerus est diuisibilis nūc est indiuisibile ergo. Item illud qđ fertur sine mobile est q̄ntum et indiuisibile ergo ipsum nūc indiuisibile nō est numerus vel mensura eius. Itē mobile per suū motū tp̄e mēsuratur s3 nūc non est tempus nec pars tp̄is ergo nō mēsuratur ipso nūc. Item mensura rei tp̄alis est quātitas sed nūc non est q̄titas continua nec discreta ergo nec nunc est mensura mobilis. vel eius qđ fertur scđm ꝙ fertur.

Quarto motus mēsuratur tp̄e ergo non ecōtra ꝯña tenet q2 tunc idē esset prius et posterius notius et ignotius cū mensurans debeat esse prius et notius mēsurato. Item ratio mensure q̄titati ꝯgruit et sic sibi soli cōuenit sed motus non est quantitas ergo non potest mēsurare tpūs. Item tēpus est mēsura motus sed mēsure non est mēsura. alias esset procedere in infinitum ergo tempus non mensuratur motu. Si enim mot⁹ esset mensura ergo est q̄titas q2 mensurare est propria rō q̄titatis.

Quinto vel nūc manēs est subē ipsius mobilis et hoc non q2 subā mobilis nō cōtinuat partes temporis vel est indiuisibile de genere q̄titatis forte dicis ꝙ nunc fluēs est tota subā tp̄is. Contra nūc fluens scđm suā subām est indiuisibile ergo nō est quantitas et per ꝯñs non est tempus. Itē si nunc fluens siue instans esset tpūs ergo tēpus cōponeretur ex instantibus et ꝑ cōsequens ex indiuisibilibus. Si dicatur ꝙ ipsum nūc non est pars tp̄is nec tempus. queritur ergo vel est quantitas vel qualitas non scđm ergo primū.

Sexto arguitur ꝙ instās nō causat tēpus vt dicit philo. s. t. lec. 18. q2 cā et effectus sunt simul sed instans et tēpus non sunt simul quia temp⁹ est diuisibile non aūt instans. si eñ instans diuidr̄ vel diuiditur per instantia vel per tp̄a. sed nullum pōt dici. Item tēpus non cōponitur ex instantib⁹ sicut nec linea ex punctis ergo instans non est pars tēporis ergo nullo⁰ est causa eius. forte dicis ꝙ instās per suū fluxum est pars tp̄is. contra ille fluxus est motus quiquiđ mot⁹ non est fluxus instantis ergo fluxus instantis non causat tempus.

Septimo arĩ ꝙ tempus cōponitur ex indiuisibilibus siue ex instātib⁹ q2 tēp⁹ est nūerus nūerat⁹ s3 oē numeratum est ex finitib3 forte dicis ꝙ pars tēporis nūerata adhuc est diuisibilis. Contra vel est diuisibilis in partes finitas vel infinitas si scđm Contra nullum infinitū est numerabile sed omēs partes tp̄is sūt nūerabiles forte dicis ꝙ ē aliquod tempus qđ non est numerabile q2 phūs dicit ꝙ nō omne tempus est finitū alias mundus aliq̄ñ defficeret. vñ temp⁹ eternū non pōt nūerari q2 ē infinitum. Contra scđm phm̄ tpūs est numerus numeratus ergo omne tempus est nūerabile sed oē nūerabile ē finitum ex 3⁰ phi. ergo oē tpūs est finitu3 forte dicis ꝙ est aliqua pars tp̄is insēsibilis que non pōt numerari ꝯtra illa pars est tempus ergo est numerus nūeratus ergo pōt numerari a nobis et per cōsequens sentiri.

Octauo arguitur ꝙ instans non sit mensura tēporis scđm prius et posterius quia instās non pōt cōparari tempori in magnitudine ⁊ paruitate siue sumatur finicies siue infinicies nunq̄ eñ pōt reddere tpūs sicut nec infinita puncta reddunt linea3 Item punctū non mēsurat lineam ergo nec instās tempus. Item arĩ ꝙ instans non continuat partes temporis quia cōtinuitas tp̄is est ex continuitate motus ergo non est per instans. Ite3 ꝑtes tēporis sunt immediate ergo instans nō diuidit ꝑtes tp̄is. Item arĩ ꝙ instans sit diuisibile quia vnum instans est finis vnius temporis ⁊ principium alterius hoc autem non potest esse secundum idem. T. C. 125. dic est respectu diuersorū quia est finis p̄teriti ⁊c.

Nono arguitur ꝙ ly modo non dicit tempus p̄teritum quia verum est dicere ego sum modo et similiter verum est dicere ego sum nunc. Item verum est dicere ego fui quando fuisti ergo ly tūc nō semper signāt tempus determinatum duobus instantibus quia possibile est ꝙ nos fuerimus solum per instans sicut quando dicimus ꝙ tūc primo aer fuit illuminatus.

Ad primū dicendū secūdū multos thomistas ⁊ capre. in 2⁰. ꝙ triplex est nūc siue instās primū: primū est eui quod est inuariabile secundū esse et essentiam de quo postea secundū est nunc temporis quod vacatur secundum esse q̄uis secundum essētiā sit idē ĩ toto tp̄e et ĩ causa ei⁹ sicut punctū ē causa linee secundum ymaginationem geometricam nec est tempus aut pars eius nec termin⁹ tēporis vel continuatiuum eius tertiū. est quod terminat ⁊ continuat tempus quod nec mobile nec motū mensurat sed mutata esse et non est idem in toto tēpore secundum substātiā de his s. tho. opu. 36. c. 3. vbi querit vtrum instans sit de substantia temporis et dicit ꝙ sic. Quidam tamen non ponunt nisi vnum instans secundum essentiam sed dicūt ꝙ est aliud et aliud secundum rationem sed queritur quid intelligitur per rationem si operatio intellectus ergo secluso intellectu in toto tempore nullomodo erit aliud et aliud instans Forte dicitur ꝙ est aliđ et aliud secundum rationem id est secundum esse ergo adueniente posteriori oportet primum eē corrumpi vel corruptum esse quia alias duo esse simul essent et tunc queritur an illud primum instans secundum vnum esse sit corruptum in ipsemet primo instanti vel in aliquo alio si primum ergo corruptū ē quando ē et deducatur argumentum sicut pri⁹ respondet. s. t. opus. 44. ca. primo ꝙ hec argumenta bene probant ꝙ est idem nunc secundum substantiam in toto tempore secundo dicit ꝙ verum est ꝙ cuiuslibet continui finiti permanentis sunt duo

termini differentes scdm rē hoc tamen non, oportet in successiuis 3° dicit ꝙ nullū tpus est actu infinitum quia nullū tēpus est actu diuisū ab a° Quarto dicitur ꝙ illa non dnr esse simul que sunt in eodē instanti scdm essentiā vel subāz. sed oportet ꝙ sint in eodem nunc scdm esse et scdm rationē .i. scdm essentiam Et per hoc soluūtur argumenta.

¶ Ad scdz tenendo aliquod nūc nō semp manere idem diceretur primo ꝙ accidētia nec proprie generantur nec corrūpuntur. Et si queratur ī quo est illud instans dicit ꝙ est ī celo mediante motu nec proprie acquiritur per motū. pōt tamē dici ꝙ illud instans simul corrūpitur et corruptum est. Et si dicatur illud instās est in subiecto diuisibili ergo est diuisibile. Negatur ꝯsequentia Et nota ꝙ non inconuenit ipsum instans simul incipere et desinere esse per primum instans esse et per vltimuū instās esse Et ideo nō seqtur hoc desinit esse ergo nō est

¶ Ad tertium dicitur ꝙ in diffinitione ipsius nūc numerus capitur pro mēsura habet tamen se p modum pluralitatis. scdm ꝙ est alterum ⁊ alterū. Ad aliud dicitur ꝙ licz mobile qd fertur scdm se sit quātum et diuisibile tamen si capiatur vt non variatū per prius et posterius, in motu sic habet rationem indiuisibilis et mensurat per nunc indiuisibile Ad aliud dicitur vt prius. Ad aliud dicitur ꝙ licet nūc non sit q̄ntitas in actu tamen ē principium quantitatis continue. s. tpis. S. T. p^a p. q 10. ar. 4. ad 2^m dicit ꝙ ipsum nunc est idem scdm subām in toto tēpore sed differt ratione inq̄ntum alternatur ⁊ dicit ꝙ fluxus ipsius nunc secundū ꝙ alternatur est tēpus. et ex hoc quidā eliciunt ꝙ nunc fluens non est tempus nisi capiat formaliter pro ipso fluxu si enī ipsum nunc esset tempus ergo ipsum nūc haberet prius et posterius qd tamē est fl̄m de primo nūc in quo mundus fuit creatus in quo incepit temp⁹ nō sicut in mēsurante esse eius sed sicut in eo a quo incepit eius productio secundum San. Tho. in scdo di. 1. ar. 6. ad 4^m.

¶ Ad quartum dictū est supra Nec inconuenit ꝙ vna mensura habeat aliam mensuram quo ad nos et a posteriori.

¶ Ad quintum iam dictum est. Quidā dicunt ꝙ ipsum nunc est subā temporis id est nichil est de tempore scdm se totum presens nisi ipsum nunc. Sed dubitatur quomodo est possibile ꝙ subā instātis sēper maneat in toto tempore et tamē habeat aliud et aliud esse quia accidentis esse est inesse ergo si perdit primuz esse sequitur ꝙ perdit inherentiam quā prius habebat. Itez qd perdit esse corrūpitur simpliciter ergo si subā instantis perdit precedēs esse sequitur ꝙ corrūpitur Dicendū non valet ꝯña sicut alias dictum est quando forma intēditur.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ diuisibile ⁊ indiuisibile sūt simul. Ad aliud dicitur negando consequentiaz vt patet de puncto qd ex suo fluxu causat lineam ⁊ tamen nō est pars eius Ad aliud dicit ꝙ fluxus instātis non est motus sed tempus. sed contra instans suo fluxu facit tempus ergo fluxus distinguitur a tempore alias sensus essent instās tempore facit tēpus. Itē flux⁹ rei est in re. sz tpūs nō est ī instāti.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ linea est numerus nūeratus et tamen non componitur ex indiuisibilibus Ad aliud dicitur. ꝙ tempus infinitum est numeratum secundum suas partes et quelibet pars tēporis est numerabilis q̄ntuz est ex parte sui. Sed queritur ex quo tempus est numerus et similiter ipsuz nunc an sit binarius vel ternarius dicendum ꝙ tēpus aliquando accipitur per modum binarij dicendo due hore vel dicitur ꝙ hec ē diuisio nūeri formalis. vnde licet sit numerus tamen non est collectio vnitatum.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ instans potest dici mensura terminationis ipsius temporis nō autem mēsura adequationis San. Tho. lec. 18. dicit ꝙ nunc mensurat tempus vt est alterum et alterum et nō vt est idem subiecto vide. San. Tho. opus. 36. c. 3. continuitas temporis est ex motu materialiter et formaliter per instans cum sit quantitas continua Sed tunc queritur quare philosophus ī diffinitione temporis non posuit q̄titatē cōtinuā loco gn̄is sed posuit numerū qui nō est gen⁹ eius nec ita per se cōuenit sibi dicēdū qz tp̄s de formali importat aliquomodo quantitatē discretā vt supradictū est et ideo dicitur numer⁹ et aliquā importat quātitatē cōtinuā Et ideo dr̄ numer⁹ mot⁹ scdm pri⁹ et posteri⁹ Et si querat an illud pri⁹ sit pri⁹ ipsius motus quibusdā videt ꝙ sic sz cōtra tp̄s nō mēsurat motū per partē motus ergo non est numerus mot⁹ scdm pri⁹ ⁊ posteri⁹ ipsius motus potest negari añs vt supradictū ē Nec tn̄ idē mēsurat se lz pri⁹ in motu sit mot⁹. ¶ Ad nonū dicitur ꝙ illa est disputatio de noībus quibus vtimur vt placet nobis.

Ad quartū sic procedit videt ꝙ tēpus non differat ab eternitate qz si sic hoc maxime esset qz in eternitate nō est successio sed probo ꝙ sic qz ante mūdū verū erat mundū fore sed ista futuritō nō erat in tp̄e cū nōdū tp̄s esset ergo erat in eternitate. Maior pz quia suum contradictoriū erat falsum.

¶ Respōdeo dicēdū scdm s. t. 1. p. q. 10. ar. 1. ꝙ sicut ī cognitionē simpliciū opz nos venire p compositā ita in cognitionē eternitatis opz nos venire per tēp⁹ qd nichil aliud est q̄z numer⁹ mot⁹ secūdū prius et posteri⁹. Cū enim in quolz motu sit successio et pars post alterā ex hoc ꝙ numeram⁹ pri⁹ ⁊ posteri⁹ in motu apprehēdim⁹ tp̄s qd nichil aliud est q̄z nu numer⁹ prioris ⁊ posterioris in motu ī eo aūt quod caret motu et sēp est eodē modo se habet nō est accipere prius et posterius sicut igitur ratio temporis cōsistit ī nūeratiōe prioris ⁊ posterioris ita ī apphēsiōe vniformitatis ei⁹ qd ē oīo extra motū ꝯsistit rō eternitatis Itē ea dn̄r tp̄e mēsurari q̄ pricipiū ⁊ fīnē hn̄t ī tp̄e vt dr̄ ī 4° phi. ⁊ hoc iō qz ī eo qd mouet ē accipere aliqd pricipiū ⁊ aliquē fīnē Qd vero est oīno imutabile sicut nec successionē ita nec principiū aut finē hēre pōt. Sic ergo ex duob⁹ notificat eternitas primo ex hoc ꝙ id qd est in eternitate ē īterminabile .i. prici° ⁊ fine carēs vt termin⁹ ad vtrūq̄ refferat Scdo p h° ꝙ ip̄a etnitas successiōe caret

tota simul existens Et diffinitur eternitas a Boetio. Eternitas est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Et dicitur tota non quia habet partes sz inquantum nichil ei deest. Et dicitur possessio ad designandū imutabilitatē et indefficientiam quia illud qđ possidetur firmiter et quiete habetur Et ipsa eternitas nichil aliud est secundum rem q divina potentia sz differt scđm rationez. vnde est mensura divini esse. sicut nunc eternitatis possz dici mensura quiditatis ipsius.

¶ Notandū preterea ꝙ res tēporales non mēsurantur eternitate sed solū tpe vnde res dicūtur esse in tempore. vt motus est in tpe quia mēsuratur a tpe sic ꝙ eius duratio per tpūs cognoscitur vñ esse in tpe dupliciter pōt intelligi primo qz simul est cū tpe vel quia est pars temporis Nec tamen sufficit ad aliquid esse in tempore ꝙ sit quando tpūs est sicut esse in loco vel in motu non est esse quando motus vel locus est quia sic celū esset i grano milij qz est quādo miliū est eē ergo i tpe est ab eo mēsurari.

¶ Notandū preterea ꝙ ea que sūt semp non sunt in tēpore quia non possūt a tpe ɔtineri nec sub tpo concludi. Scđo oē qđ est in tempore aliqđ patitur ab eo et ex longitudine tpis res corrumpūtur senescunt et obliuiscuntur Et si dicatur etiaz aliqđ adducitur in tpe et fit de nouo. Dicendū ꝙ hoc non est ratione tēporis qm̄ ociosꝰ diu viuēdo non fit sapiētior Nec ex solo tpe aliquid innouatꝛ. sz magis antiquatur. Est eni tempus numerꝰ motus. Motus autem facit rem distare a priori dispositione et sic tandem res corrūpitur. que aūt sunt semp non corrūpuntur Et iđ non sūt in tpe. cum in infinituz durāt Corpora ergo celestia dicit. s. t. lec. 20. scđz eē subē eorū non mēsuranꝛ tpe sz motus eoꝝ tēpore mēsuratur Sed vtrum quiescentia mēsurentur tempore dicendum ꝙ tempus est per se mensura motus et per accidens mensura quietis quia omnis quies ē in tempore sicut motus videtur tñ ꝙ quies est per se in tempore ex san. tho. in quarto dis. 49. q. 3. ar. 1. q. 3. Et in primo dis. 8. q. 3. ar. 3º. Continuitas motus mensuratur loco sed successio tempore tm̄.

¶ Et notandū ꝙ quies non est negatio motus sed priuatio eius. Et ideo esse quiescentis est esse rei mobilis qđ est in tempore et mensuratur tēpore ergo etiam esse quiescentis est in tēpore et mēsuraꝛ tempore Non inqꝫm est desceñs sed inqꝫtum est mobile tamen res que mouetur simpliciter non mensuratur tempore scđm propriaz quantitatē sz scđm quātitatē sui motus. Ex his pz ꝙ subē separate nō sunt in tempore quia nec mouentur nec quiescunt et ideo tēpore nō mensurātur. Sed vtruz nō entia sint in tēpore dicendū ꝙ impossibilia non sūt in tēpore vt dyametrū esse ɔmēsurabilē coste quia hoc nunqꝫ ɔtingit esse. Alia aūt aliqñ fuerunt tñ nunc non sūt vel sūt futura. Et hec aliqñ sunt in tpe qđ mensurat subās earū mēsurauit vel mēsurabit.

¶ Notandū preterea ꝙ generationes et corruptiones etiam fiunt in tempore et ideo quidez dixerūt tempus esse sapientissimum quia generatio scientie fit in tempore Sed quidā phūs nomie paron de secta pithagoricorum dicit tempus esse indisciplinabile quia per longitudinez temporis accidit obliuio et hoc rectius dicitur quia tempus per se secundum phm̄. t. c. 128. est causa corruptionis qz mutatio per se est destructiua et corruptiua et per accidens est causa generationis quando. s. motus peruenit vsqꝫ ad perfectum finem probatur a signo qz multa videmus corrumpi in quibus non apparet manifeste aliquod corrumpens et ideo talem corruptionem solemus attribuere tempori. Sed in generatione est generans manifestum quia nichil a seipso generatur. Nec tamen corruptio sic attribuitur tempori ꝙ tempus faciat ipsā quia sic in tēpore et quia corrumpens latet. ¶ Notandū preterea ꝙ phūs duplici ratiōe probat ꝙ mutatio sit in tpe quia in omni mutatione inuenitur velotius et tardius hec autem determinantur tpe. Item priꝰ et posterius sunt in tempore per distantiam ad ipsum nunc differenter tamen quia in preterito dicitꝛ nunc qđ est remotius ab ipso nunc. Posterius aūt qđ est ꝓpinquius et sic abrahā est posterior adā ī futuro autez est e conuerso Si ergo prius et posterius sint in tpe ad oēm autez motū sequiꝛ priꝰ et posteriꝰ necesse est ꝙ ois motꝰ sit in tempore.

¶ Notādum preterea ꝙ phūs in fine mouet tres dubitationes prima quō se habet tps ab aīa Et respōdet s. t. le. 23. ꝙ positis rebꝰ numeratis necesse est ponere numerū vnde sicut res nūate depēdent a numerāte ita et numerꝰ eorū esse aūt rerū numeratarꝫ nō depēdz ab itellectu nisi sit aliqs itellectꝰ q sit cā rerꝫ sicut ē ītellectꝰ diuinꝰ nō āt dependet ab itellectu aīe vñ nec nūerꝰ rerꝫ ab itellectu aīe depēdet sz solū ipa nūeratio q ē actꝰ aīe depēdet ab aīa sicut g possūt eē sensibilia sēsu nō exñte ita possūt esse nūmerabilia et numerꝰ nō existēte numerante hec tamē cōditionalis est vera si īpossibile est esse aliquod īpossibile est eē aliquod numerū. Si ergo tēpus eēt res ꝑmanēs facile eē ipsū esse numerū sine aīa qz tamē nō est ꝑmanēs ideo. s. t. dicit hic ꝙ tps nō habet eē extra aīam nisi secūdū suū īdiuisibile Scđo dubitaꝛ An tps sit vbiqꝫ cum multa quiescāt sz de hoc dictū est supra.

¶ Tertio dubitaꝛ An tps sit vnū Et circa hoc qdā dixerūt ꝙ q̇lz motꝰ hz suū numerū et ɔsiter suū tps sz ɔtra tūc duo tpa eēnt simul quorū vnū nō eēt ps alterius. Itē 7. equi et 7. canes nō differūt nisi fm numerū ergo nec diuersi motꝰ differūt fm tps supposito ꝙ simul fiāt Dicendū ergo ꝙ circulatio que est maxime regularis et vniformis ē mensurat omnium motuum s. motus prime celi vnde tempus quod est mensura eius mensurat omnes alios motꝰ. Et propter hoc antiqui dixerunt motum celi eē tempus quia mensurat annos et tempus mensuratur hoc motu dicimus enim annum esse completum attendentes ad motum celi.

¶ Itē propter hoc ꝙ tēpꝰ est numerꝰ circulatiōis prime consueuit dici ꝙ in rebus humanis est circulus.

¶ Contra hec arguitur. Primo contra eternitatem ꝙ in ipsa sit successio quia habet dies vnde dicitur egressus eius ab initio a diebus eternitatis. ¶ Item secluso tempore et motu ce-

li deus nunc cognoscit me esse hic et prius non cognouit ergo in sua cognitione est successio similiter in sua volitione et factiōe q2 nūc vult adam fuisse et hoc nō voluit nec fecit ante mūdū ergo est etiā successio in sua eternitate. Itē de⁹ est in oī re ergo est in tempore ergo mēsurat tēpore et nō eternitate. Itē de⁹ excedit etnitatē ergo nō mēsurat ea. Antecedens patet q2 dn̄s regnat in eternum et vltra s.t..1a pte.q.10.ar.2.2m.

¶ Scd̄o ad idē nichil mēsurat nisi quantū sed de⁹ nō habet q̄titatem ergo. Itē eternitas nō est duratio ergo nō mēsurat esse diuinum. Ans̄ pater quia omnis duratio includit pri⁹ et posteri⁹ et successionē sed hec nō hn̄t locū in deo. Itē omnis duratio alteri comparata est maior minor vel equalis ergo oīs duratio ē tēpus q2 quod plus durat dicim⁹ esse pri⁹ vel posteri⁹ altero ergo oīs duratio habet pri⁹ vel posteri⁹. Itē ex successiōe iudicam⁹ aliquid pl⁹ durare vnde omnis duratio intelligit per modum cuiusdā distentionis q̄ nō habet locū ī eternitate.

¶ Tertio ar q eternitas nō cōsistit in apphēsiōe vniformitatis ei⁹ qd̄ oīo est extra motū sicut ei se habet tp̄s ad difformitatē motus sic se habet eternitas ad vniformitatē eorū que sunt extra motū sed rō tēporis nō cōsistit in difformitate ipsius motus sed in mora difformitatis ergo nec ratio eternitatis consistit in vniformitate eorū que sunt extra motū nec in apprehēsione vniformitatis sed ī apprehēsione more isti⁹ vniformitatis. Itē rō mēsure nō cōsistit in rōne mēsurati sed vniformitas ē id quod mensurat per eternitatē ergo ratio eternitatis nō cōsistit in vniformitate.

¶ Quarto qd̄ nō ē nō mēsurat sz quies nihil ē q̄ nec ē res pmanēs nec res successiua g° nō mēsurat. Nec valz dicere q quies ē priuatio mot⁹ q2 q̄es pfectior motu g° nō ē ei⁹ puatō. ans̄ pz q2 oīs motꝰ ē ppt quietē tāq̄ ppter finē. Itē quies nō habz partes ergo non habet prius et posterius ergo nō mensuratur tempore.

¶ Quinto arguitur q tp̄s non est p se causa corruptionis quia corruptio est quoddā malū ergo non habet causā per se. Itez s.t. dicit lec.22. q tempus non facit corruptionē ipsam ergo nō est causa per se eius forte dicis q est causa corruptionis per se quia impossibile est aliquid corrūpi nisi tempus sit. Sed contra non sufficit ad cām per se quia sic subā non ē sēsibile per se lz naturaliter sit īpossibile colorē eē nisi subā sit forte dicis q tēp⁹ est causa p accidens corruptionis hoc est contra phm̄.

¶ Sexto arguitur q sit per se causa generationis quia motus celi est causa per se gn̄ationis ī istis inferioribus ergo et tempus. Antecedens patet q2 mundus inferior regitur a celo. Itez motus calefactionis est causa per se caloris ergo motus magis est causa generationis q̄ corruptionis vnde etiam motus magis determinatur a termino genito q̄ a termino qui abijcitur.

¶ Septimo qui causat tempus magis intendit generationem q̄ corruptionem ergo tēpus est magis causa generationis. Itez non constat iuuenes esse prudentes quia prudentia requirit magnā experientiam. et per consequens magnum tempus ergo tempus est causa sapien°. vnde secundum iosez hum patriarche diu vixerunt vt cognoscerent cursum siderum. Item tempus non corrumpit celum ergo non est per se corruptiuum.

¶ Octauo arguitur q generationes et corruptiones non sint in tempore quia corruptio subē fit in instanti similiter illuminatio medij. Et per idez argueretur q non omnis mutatio aliquid abijcit et corrumpit in illuminatione enim nichil corrumpitur. Item nichil mensuratur nisi quantum sed motus non habet quantitatem ergo non mensuratur tempore. Forte dicis q motus habet quantitatem quia est tempus. Contra idem non mensurat se ergo tempus non mensurat motū.

¶ Nono arguitur q tēpus non sit vbiq̄ quia nullum accidens est vbiq̄ sed tēpus est accidens. Itē quando apud nos est hiems tunc apud antipodes est estas et aliquando habemus tempus pluuiosū et alij serenum ergo nō est idem tempus apud omnes. Item aliqui sunt anni lunares ergo aliquod tempus est in luna ⁊ alij sūt anni solares. ergo sūt in sole et supra dictum est q tempus est in firmamento.

¶ Ad primū dicendū scd̄m s.tho.1.p.q.10.ar.1. q aliquādo eternitas significatur non̄ ..us successiuis rerum tp̄alium methaphorice.. Et si querat an eternitas dicat p̄raliter dicendū q non nisi forte scd̄z q multa possūt pticipare eternitatē ar.3° ad primum. Ad aliud dicitur q in diuina cognitione nō est successio nec mutatio sz in reb⁹ cognitis vide.1.p.q.19 ar.7. Nec incōuenit deū esse in tp̄e vt est res quedā non autē mēsura. Ad aliud dicitur q eternū aliqñ capitur pro magno tp̄e vn̄ albert⁹ in fine.4.phi. dicit q p° capit pro pncipio carente principio et fine et successiōe. Scd̄o p aliq̄ qd̄ mutat ⁊ hz successionē tamē non hz principiū neq̄ finē et sic ph̄s dicit tēpus eternū. Tertio eternū capit pro diuturno. s.t. 2a 2e.q.164.ar.2.ad 6m. Et si dicatur quare peripathetici nichil determinauerūt de tp̄e dicit albert⁹ q forte eorū tractatus nō peruenit ad nos quia tū tp̄is ab euo venit scd̄m boe. ideo de euo et eternitate determinandū est. Gilbert⁹ porre. dicit etnitatē esse morā cōtinuā non interceptā ysaac ph̄s israelita dicit q est pa° continuū non interceptū id est non hn̄s successionē. Sed tunc queritur quomodo verba preteriti ⁊ futuri tp̄is possūt dici de deo si in sua duratione nō sit preteritū neq̄ futurū. Rn̄det san.tho. in p° di.8a.q.2.ar.3.3m q verba preteriti tēporis dicūtur de deo q̄tū ad id quod perfectionis est in ipsis vel quia deus nulli tp̄i deest ibid ad 4m. Aliqua enim sūt entia successiua et horū pfectio significatur per preteritū futurū etiā lōgius distat a defficiendo et ideo potest attribui deo. Si querat cum eternitas sit ens positiuū quare diffinitur per negationē scz intermiabilis vite cum negatio non sit de essentia eius. Dicendū q intellectus noster primo apprehēdit cōposita et inde venit in cognitionē simplicium sicut est eternitas per remotionē compositionis.

¶ Ad 2m ppter qd̄ scd̄m albertū antiq̄ negauerūt

eternitatem dicitur q deus habet quantitatē vir-
tutis(z hec oīa ponit.s.t.opus.44.c.4) Si dicatur
omne mensurabile est finitum sed virtus dei est in
finita ergo nō mensuranr eternitate. Negat ma-
ior nisi in his que mensuranrur tempore. Si dicat
omnis mensura differt a mēsurato sed nō sic est de
eternitate. Item si eternitas esset mēsura tunc es
set numerus subē eterne sed de⁹ non mensuratur
Dicendum q hec argumenta procedūt de mensu-
ra que est tēpus. Ad aliud tactū in principali argu
mento negatur q oīs dura° includat prius z poste
rius formaliter lz sit maior alia.qz coexistit alteri z
cum hoc mensure sequēti Nota.s.t.prima pte.q.10
ar.2.ad 3m deus nō est aliquomō mēsuratus sz eter
nitas a nobis apprehenditur quasi mēsura eius
¶ Ad 3m dr q materiale in tpe est prius z posteri⁹
in motu scz difformitas in eodē secus est de forma-
li Ad aliud dicitur q argumentum procedit de vni
formitate materiali que nō est eternitas. vide Ca
preo.in primo dist.9.q.pa ar.2°

¶ Ad quartū dicitur q quies est eo modo quo pri-
uaciones sunt lz proprie nec sit res pmanens nec
successiue mobile mouetur precise ratione quietis
san.tho.ɔtra genti.li.3°.c.26.sz propter conueniē
tiam locati ad locum. Ad aliud negatur ɔña.

¶ Ad quintū dicit q aliqua corruptio habet cām
per se aliqua eni per se,corrumpūtur que.s.habent
contrariū Aliqua vero p accidens corrūpuntur vt
patet ex.s.tho.p°.p.q.75.ar.6.vbi etiaz dicit q im
possibile est aliquod subsistēs corrūpi per accidēs
et ex hoc videtur q natura intēdit corruptionē.qz
vt supra dictum est.intētio nature nichil aliud est
q̄ȝ naturalis inclina° eius sz ignis naturaliter con
trariatur aq̄ ergo naturaliter inclinatur ad corrum
pendū ipsā sz hoc est ɔtra.s.tho.pa p.q.19.ar.9.vbi
dicit q agēs naturale non intendit priuationē vel
corruptionē sz formā cui ɔiungit priuatio alterius
forme z generationē vni⁹ que est corruptio alteri⁹
et.q.49.ar.p° dicit q ignis nō intēdit priuare for
mā aque. Quidā dicūt q phūs dicit tpūs esse cām
per se scdm opinionē famosā anciquoz.

¶ Ad sextum dicitur q motus scdz se considerat⁹
non est causa per se generationis sz bene vt est in-
strumentum agētis Et ita dicitur q motus localis
est per se calefactiuus Sz contra Motus gñatiōis
per se est causa forme.z motus localis ex sua rōne
causat nouū vbi vnde est actus entis in potētia se-
cundū q in poten^a ergo motus scdz se est cā gñatio
nis Negatur ɔña Nec sequitur Mot⁹ denoīatur a
termīo ad quē ergo magis est causa gñatiōis q̄ȝ cor
ruptionis qz deambulatio terminatur ad sanitatē
et tamē est magis causa digestionis cibi q̄ȝ sanitatȝ

¶ Ad septimū patet ex dictis Nec incōuenit tps
per accidēs eē cāz discipline. S.T.opus.5.dicit q
tpūs maturinū est maxime aptū contēplationi qz
tunc cor est liberū a sollicitudine. Et in 4°.d.50.q.
2.ar.4 q.1.ad 3m dicit q tpūs est cā obliuionis per
accidēs et ideo post diē iudicij qñ non erit tempus
nulla erit obliuio Sz dices post diē iudicij erit qes
celi vel ergo erit in instanti vel in tempore de hoc
q.de po.5.ar.5.10m.s.tho.p° ethi lec.11.dicit q tem
pus per studium causat scientiam.

¶ Ad octauū dicitur q gñatio pro preuis disposi-
tione fit in tempore illuiatio aūt nō est mot⁹ pprie
dictus. Ad aliud dr q sub ā mensuratur et tñ nullā
hz quantitatē preter illā qua mensuratur.

¶ A nonū dictum est supra et apud omnes est idē
tempus essentialiter



D quintum sic proceditur videtur q tps
nō differat ab euo quia si sic hoc maxime
esset quia euū non haber prius et poste-
rius sicut tempus. sed q hoc sit falsuz pz
quia non est idē angelum fuisse et fore quia vnum
potest esse verū alio existente falso ergo est alia du
ratio qua dicitur fuisse et qua dicitur fore. Itē de⁹
potest facere angelum non fore et tamen non po-
test facere ipsum non fuisse cum ad preteritum nul
la sit potentia igitur ista non sunt idem. Sed con-
tra est boctius dicens qui tēpus ab euo ire tubes.

¶ Respōdeo dicēdū scdm phm 10.metha.diuerso
rū generū sunt diuerse mensure cum ergo plures
sint res diuersoz generz ideo oportz hēre diuersas
mensuras durationū Quedā ergo est mēsura eter
ni.s.eternitas Alia mensurantur eternitate parti
cipata:alia mensurantur euo.alia nunc ipsius eui
alia tēpore/alia per instās vnius tēporis Sed du
bium est quomodo ista differūt Et dicit S.T.i.p.
q.10.ar.4°. Eternitas differt a tēpore quia est to-
ta simul nō autē tps Quidā putant tps differre ab
alijs quia habet principiū et finē sed hec differē-
tia ē per accidēs qz dato q mūdus fuisset ab eterno
adhuc tps differret ab eternitate et euo. Itē dato q
euiterna scz angeli nūc defficerēt quod est deo pos
sibile adhuc euū differret a tpe licet haberet finez
Nō ergo differt eternitas ab alijs quia principio
et fine caret z euū qz hz principiū et nō finē tps au
tē quia pricipiū et finē habeat Quidā dicūt q eter
nitas nō hz pri⁹ z posteri⁹ tps aūt habet prius z po
steri⁹ cū inouatione et veteratiōe euū autē habet
prius et posteri⁹ sine inouatiōe et veteratione Sz
cōtra prius et posterius non possunt esse simul er-
go oē hñs pri⁹ et posterius habet innouationē. Et
iō dicit.s.t. q eternitas est mēsura esse pmanētis
euū aūt mēsurat ea que habēt eē itrāsmutabile cū
transmutabilitate et sic celū mēsurat euo qz suum
esse nō est subiectū transmutationis quia nō ē cor
ruptibile tamē transmutatur secundum locum an-
gelus etiā est incorruptibilia tamen huic cōiungi-
tur transmutatio secundū electionem temp⁹ vero
mensurat ea quorū esse est subiectū transmutatio-
nia scilicet motū et esse oim corruptibilium Si er
go queratur de mēsura celi dicitur q secundū suaz
substātiā absolute mensuratur euo sed vt est idē in
toto motu mensuratur per nunc vt supradictuz est
et suus motus mēsurat tpe Ex his pz que vocant
eterna euiterna et temporalia. Sed queritur an
omnia incorruptibilia mensurantur eodem euo.
Ad hoc sciēdum declarat san.tho. q omniū tpaliū
est vnum tempus. Dicunt autem quidam esse
vnum tempus oīz tēporalium. pp̄ter hoc q est vn⁹

numerus oim numeratorū. cū tempus sit numer⁹ scdm phm. sed hoc non sufficit quia tempus nō est numerus vt abstractus extra numeratum sed vt in numerato exñs alioquin non esset continuus quia 10. vlne pāni continuitatē hñt non ex numero sed ex numerato. Numerus aūt in numerato exñs nō est idem omnium sed diuers⁹ diuersorū vñ alij assignant cām vnitatis temporis ex vnitate eternitatis que est principium omnis durationis Alij vero ex parte materie prime que est vna et primū subiectum ois motus sed contra Ea que sunt vnū in pricipto vel subiecto reōto non sūt vnum simpliciter. Et ideo dicendū q rō vnitatis tpis est vnitas primi motus. Et sicut per vnam mensurā mensurataz possunt multa mensurari. ita per vnū tps mensurātur diuersi motus sicut aūt inter motus est vnus q est simplicissimus et primus ita inter euiterna est deuenire ad primū et illud habet euū qd est mēsura oim aliorū. Si queratur an per tempus celi mēsurētur motus angelorū dicendū q non. vt dicit s. tho. in p° d. 37. q. 4. ar. 3. quia motus angeli nullū habet ordinē ad motum celi. Si queratur an ipsuz nūc ipsius eui differat ab euo dicit. s. tho. in primo d. 19. q. 2. ar. 2. q nunc temporis differt a tēpore secundum rē quia actus ille qui mēsuratur tempore differt ab eo cuius est actus scdm rem quia mobile non est motus et scdm rationem qr mobile non habet subām de numero successiuorū sed permanentium ipsum aūt nūc temporis est mensura ipsi⁹ mobilis Actus aūt qui mensuratur euo scz ipsum esse angeli differt realiter ab ipso ergo ipsū euū differt realiter a nunc ipsius eui Querunt aliqui an eternitas participata sit realiter aliqua mensura distincta ab omnibus alijs et in quo est subiectiue. Item per quid mēsurantur affectiones et opationes intelligentiarum dicit. s. t. 1. par. q. 10. ar. 5. ad. 1. q in affectionibus aliquibus angelorum est successio et iste mensurantur tpe sed operatio eorum que est visio dei mensuratur eternitate participata et eorū esse naturale mensuratur euo. Et similiter eorum operatio naturalis qua angelus intelligit se scdm multos. Quidam ponūt eternitatem istam participatam esse in anima xpi sicut euū est i primo angelo. et similiter nūc eui qd non mensurat esse sed essentiam ipsius angeli.

¶ Contra hec arguitur. Nunc temporis scdm phm est idem in toto tpe ergo est totū simul ergo est eternitas. Item impossibile est duas mensuras duratōis esse simul. ergo frustra multiplicātur iste mēsure. Añs patet quia due hore non possūt esse simul Item euū est totum simul quia scdm. s. t. non habet prius nec posterius ergo est eternitas.

¶ Secundo celum et angeli differunt genere ergo non hñt vnā mēsurā numero q dicatur euū. Itē non tandiu durauit aīa mea sicut primus angelus ergo aīa mea nō habet durationē quā hz āgelus sz anima mea mensuratur euo ergo habet aliud euū a primo angelo. Itē dictum est q illud euū est in prima intelligētia scdm philo. hoc est cōtra. s. tho. quo 5. ar. 7°. vbi pbat q nō est i lucifero. qr euū est quedam participatio eternitatis mō lucifer minus participat de eternitate q angeli btī. forte dicis q lucifer habuit euū in p° instanti qn fuit bon⁹ sz p pctm amisit et nūc est in 2° angelo. Cōtra naturalia mā serūt integra Itē tunc angli nunc essēt in scdo euo Itē ponam⁹ q oēs peccauerint absolute qrit nūc in quo esset. et ita quid inquirūt qs moueret celum si oēs angeli peccassēt forte dicis q primus angelus nūq habuit euū qr lz esset bon⁹ tñ erat peccaturus Cōtra nullus priuat aliquo ppter pctm futuz Itē euū nō fundat in grā qr puenit angelo i puris naturalibus ergo non pellitur per pctm.

¶ Tertio ar q nō oīa mensurent vno euo qr mensuratum depēdet a mēsura et ppter hoc dictū est q non semp mot⁹ angeli mēsuratur tpe nro sz aīa celū et inferiores angli nō dependēt ab primo ergo nō mensurant euo qd sit in eo. Itē cognoscēdo primum angelum et eius euum nō pōt cognosci qdiu durabit iste angelus vel celum ergo euum non est mēsura aliorum forte dicis q cum angeli habeant grad⁹ ideo per vnū pōt alius mēsurari sicut oēs colores mēsurant per primū sui generis scilz albedinē Dicendū q aliorū angelorū perfectio bene posset mēsurari per comparationez ad primū sed nos hic querim⁹ de mensura durationis de cuius ratione est q per eam habeatur certitudo mēsurati qntum ad permanētiā et durationē modo cognoscendo naturā infimi āgeli meli⁹ cognoscim⁹ ei⁹ durationē q cognoscendo supremū Itē volo q sint duo angeli supremi eque perfecti tunc queritur i quo est euum vel ponam⁹ q nulla sint euiterna nisi anime que sint eque perfecte tunc queritur in qua est euū ¶ Quarto ar q nūc eui sit euū qr i duratione indiuisibili non sūt partes ergo in tali duratione idē sunt duratio et nūc illius durationis quia duratio et nunc duratiōis non possunt differre realiter nisi sicut indiuisibile et extensum. Item mensurant idem ergo sunt idem Forte dicis per S. T. in 1° d. 19. 2. q euum mensurat esse angeli nūc autē ipsius mensurat essentiam Contra euū mensurat essentiē Cōtra euū mensurat substantiam angeli et celi ergo nō mensurat tantū existentiā Antecedēs est S. T. 1ª par. q. 10 ar. 6. ad 2m. Item opus. 36. ca. 3. dicit q nunc eui est instās permanēs. Item dictuz est q nunc tpis mēsurat substātiā mobilis Contra vel mēsurat essentiā mobilis qntū ad esse existētie et hoc non quia sic mensuratur euo. Item mutatū esse mēsurat nūc temporis ergo ipsū non ē mensura ipsius mobilis quia hec mensurata sūt alterius rationis ergo et eorum mensure.

¶ Quito dura° itelligētie pme ati. ē ifinita g nō mēsurat euo vñ. s. t. dt q tot⁹ mot⁹ nō mēsurat qr ē ifinit⁹ Itē ar q eē rei gñabilis et corruptibilis nō mēsurat tpe qr tps ē mēsura successiuorū sz i exñtia rei nō est successio nec pri⁹ et posteri⁹ Itē eē rei gñabilis mēsurat p nūc tpis qr ipm nūc respicit illd qd ē i se idiuisibile sz ita ē de eē rei corruptiblis et tōher ue⁹ dt q mēsurat isitāti Cōtra ergo heriue⁹ nō vixit nec habuit eē nisi p istās et ita ar de primo mobili.

¶ Sexto visio btifica angeli mēsuratur eternitate participata ergo et angel⁹ tenet consequentia quia accidens non est perfectioris durationis

q̄ subiectum forte ꝙ eternitas participata est euū
quia oēs eui cōditiones sibi cōueniunt hoc videtur
cōtra sctm̄ tho. pª. p. q. 10. ar. 5. 1ᵐ.
Itē pena dāpnatoꝝ non mensuratur eternitate
participata nec operatio naturalis āgeli nec etiaꝫ
angelus ergo nec etiā sua beatitudo. Itē substā an
geli subiicitur transmutationi ergo nō mensuratur
per nunc eui. forte dicis ꝙ non subiicit̄ corruptio=
ni licꝫ possit velle et nolle ergo etiam celū vt ē sub
motu mensuratur euo. qḋ est fl̄m quia mensuratur
tempore vt sic.

Septimo ar̄ ꝙ nunq̄ motus angeli mēsuratur
alio tp̄e q̄ tempore nr̄o q2 successio que est in intel
lectionibus nr̄is mensurat̄ tp̄e firmamēti licet nō
dependeat ab eo. Itē tēpus ipsius angeli vel est
in suo intellectu vel in sua potestate vel in qua po
tentia si pᵐ ergo est intellectio vel volitio. Item
quilibet angelus habet suum tpūs vel non. Si p.i
m 1 ergo motus vnius angli nō poterit dici velocior
alio neq̄ simul cum aº quia non est in eodem tp̄e.

Octauo ar̄ ꝙ in euo sit successio. illud quod pōt
deficere abesse non habet simul suū totum esse (qḋ
eni abesse deficit nō habet totum esse quod hr̄e po
tuit) q2 potuit plus esse sꝫ angelus cuius mensura
est euū pōt deficere ab esse ꝑ substractionē influen
tie diuine ergo non habet simul suū totum esse. sed
euū est mensura esse angli ergo. ꝛc. Item si in euo
non est successio idem est anglū fore ꝛ fuisse sꝫ de⁹
non potest facere angelum non fuisse ergo nō pos=
set ipsum facere non fore hoc aūt est fl̄m ergo. ꝛc.
Item in eodem instanti non possūt contradictoria
verificari de eodem sed si totum esse angli esset si=
mul mensuraretur vno instanti. ergo de angelo nō
possūt contradictoria verificari hoc aūt fl̄m est er=
go. ꝛc. Item vnū euū potest succedere alteri vt si su
premus angel⁹ corrūpatur et postea alius nobilior
producatur.

Nono vel euū est subā vel accidens si scd̄m que
ritur in quo predicamēto accidentis si dicas ꝙ est
quantitas quia oīs mensura est de genere quanti=
tatis. Contra oīs quantitas est diuisibilis et conti
netur sub aliqua spē quantitatis. sed euuꝫ non est
diuisibile ergo. Item angelus non est quantus et
tamen habet in se euū. ergo euū non est quantitas
Item vel euum est in intellectu angli vel in eius
voluntate. forte dicis ꝙ euū nō est aliud q̄ esse exi
stentie ipsius angeli. Contra sequeretur ꝙ adhuc
in lucifero esset euū qr adhuc habet suū esse. Item
que res erit nunc ipsi⁹ eui scd̄ꝫ tenentē Capreolū.
s. tho. dicit ꝙ est accidēs primi eui. in Opus. 36. c. 3.
Itē id nō mēsurat se sed esse angeli mēsurat̄ euo ḡ
euum non est esse angeli forte dicis ꝙ euum est de
predicamento qn̄. Sed cōtra predicamentum quā
do dicit relationē et non ens absolutum sed euum
est quid absolutū alias queritur de suo correlatiuo
Item in predicamento qn̄ sunt diuerse species se=
cundum quas aliquid dicitur fuisse et fore sed non
ita est in euo.

Decimo ar̄ ꝙ nunc eternitatis nō est eternitas
quia nunc est causa eternitatis vel saltē ipse deus
est actor eius ergo ipsum nunc eternitatis non est
nisi ab eternitate ergo eternitas est euū. Iteꝫ crea
tio angelorum mensuratur in instanti tp̄is ni i ergo ꝛ
ipsi angeli. aūs patet q2 angeli fuerunt creati in
principio. i. tp̄is nr̄i et similiter euū eorum ergo ip
sum euum mensuratur instanti ni i temporis

Ad pmū ī dicēdū scd̄ꝫ s. t. ꝙ lꝫ sint id scd̄ꝫ subāꝫ
tn̄ est aliud et aliud scd̄m ronem Ad aliud negatur
antecedens de mensuris diuersoꝝ gn̄m. Ad aliud
patet ex dictis.

Ad scd̄m dicit san. tho. pª par. ꝛ in 2º. d. 2. q. 1. ar.
2. 2ⁿ ꝙ spiritualia ꝛ corporalia quoad permanentiā
possunt eē simul Ad aliud negat̄ cōsequētia quia
idem est tempus omnium tēporalium et tamē vnū
durat diutius q̄ aliud Sic dico de euo quia euū vt
est mensura vnius coexistit maiori tempori q̄ vt est
mensura alterius. Sed contra ponamus ꝙ nulluꝫ
sit tpūs quoº tūc vna anima dicit̄ diuti⁹ durasse q̄
alia de hoc dicetur ad octauum. Ad aliud dicit san
ctus tho. quo. ibi allegato ꝙ ex ignorantia lingue
grece prouenit ꝙ cōmuniter apud multos euuꝫ ab
eternitate distinguitur ac si distingueretur antro=
pos ab homine quod enim in greco dicitur euuꝫ in
latino dicitur eternitas Sed quia nominibus vtē
dum est vt plures si vtrumq̄ distinguamus adinut
cem euū nichil aliud erit q̄ eternitas participata
Quia vero id quod dicitur per essentiam semper
est mensura ipsius quod dicitur per participationē
ideo potest dici ꝙ prima mensura omnium euiter=
norum est ipsa dei eternitas sicut dei substantia
est mensura omnis substantie vt dicit commētator
11. methaphisice Si tamen loquamur de mensura
nō analoga sed adequata et homogenea sic dicim⁹
ꝙ angeli mensurantur euo non solum q̄tum ad
eorum substantiam sed etiam quantuꝫ ad eorum p
prism operationem secundum. S. T. quo. 5. ar. 7.
et quia supremus angelus beatus non est simpli=
cissimus q̄tum ad operationem quia per suaꝫ opa
tionem arguit̄ est auersus ab vno primo ꝛ conuer
sus ad inferiora ideo in lucifero non est euum Sꝫ
contra hec propria operatio angeli non est euiter
na ergo non mensuratur euo dicendum ꝙ dilectio
naturalis in angelo etiam dampnato semper ma
net Sed cōtra ergo in ipso manet euū Forte dicis
ꝙ nō propter peccatum tōne cuius de supremo fa
ctus est vltimus. Sed cōtra tunc in anima christi
esset euum quia anima christi est summa q̄tum ad
gratiam dicendū ꝙ hoc non sufficit quia euum fū
datur in sūma natura nō deprauata. Quidā dicūt
ꝙ fundat̄ in grā Sed cōtra superior angelus non
mēsurat eē naturale alioꝝ ꝑ grām.

Itē tunc euum esset eternitas participata que
mensurat actum beatificum Si dicatur ponamus
ꝙ sint infiniti angeli boni et nullus sit primus q̄ri
tur tunc vbi esset euum dicendum ꝙ casus est im=
possibilis.

Ad tertiū dicit S. T. in 2ª. dis. 2ª. q. 1. ar. 2. ad 3ᵐ
ꝛ. 4ᵐ. ꝙ q̄uis vnus angel⁹ nō sit causa alterius ē
tamen simplicior altero et hoc sufficit ad rationeꝫ
mēsure vnde cognoscēdo naturam supremi ange=
li facile possum⁹ cognoscere eēs anglos eē īcorru

ptibiles quia sunt similis nature nec est possibile duos angelos eē equales Sʒ dices oēs angeli sūt eterni ergo omēs angeli mensurantur eternitate. Itē angeli mensurantur eternitate ergo nō mēsurantur euo dicendū ꝙ eternitas et euū sunt idem Nec valet pº ꝯsequentia. s.t. 1a parte. q.10. ar.5. sʒ ponamus ꝙ āgelus solū duret per instās ⁊ sua beatitudo vel esse beatū an tūc ista mēsurantur euo et eternitate pticipata et pono nullū tpūs esse videtur ꝙ sic licet ibi non esset extensio durationis sʒ cōtra nil mensuratur nisi q̄ntum ergo opʒ ꝙ esse angeli extendatur. añs patet qꝛ indiuisibile vt punctuʒ non mēsuratur dic ꝙ non est simile. Sed queritur an hominē esse animal et alie veritates eterne et necessarie mensurētur eternitate vel non sicut angeli dicit. s.t. ibidē ad 3m ꝙ iste veritates eterne sūt in intellectu dei et ideo mensurātur eternitate.

¶ Ad quartum negatur cōsequentia propter mēsurata que sūt diuersa Et ad replicam dr̄ ꝙ euū nō mensurat subām absolute nisi q̄ntum ad suam existentiam. Sʒ tunc queritur cum subā et existentia angeli equaliter durent quare dr̄ ꝙ euū mensurat existentiā et nūc eui essentiā dicendū qꝛ ab essentia est esse et ita euū videtur esse ad nunc ipsius eui sicut tempus est ex fluxu instantis Herueus tñ dicit in primo. d.19. q.2. in pº puncto ꝙ nullus bene sentiens ponit ꝙ nunc sit causa tpis s̄m rem loquendo quia causa efficiēs tpis est illud quod est causa motus et causa subiectiue est mobile. Causam aūt formalem non habet sicut nec aliqua forma s̄m rem loquendo scd̄m. s.t. 1. par. q.75. ar.5. 3m. Si ergo queratur quid constituit rōnē tpis dicendū ꝙ esse quātitatem cōtinuam successiuā.

¶ Ad quintum negatur cōsequentia. vel dr̄ ꝙ angelus est infinitus sic ꝙ sua duratio nō finitur tempore sed euo pª par. q.10. ar.5. 4m Ad aliud dicitur ꝙ rōne motus esse corruptibiliū subijcitur tempori scd̄m. s.t. in pº. d.19. q.2. ar. pº. 4m.

¶ Ad sextū patet ex dictis. dico enī ꝙ angelus aliquomō mutatur non visio beatifica. Et ideo mensuratur eternitate participata in pena aūt dampnatorū est successio Et ideo nō mensuratur eternitate. Sed contra in pena eoruʒ essētiali nulla est successio de hoc alias. Si dicatur lʒ visio beatifica non est subiectū mutationis tñ iūgitur transmutabilitati ergo mensuratur euo. Non sequitur.

¶ Ad septimuʒ dicitur ꝙ rōe fātasmatis scd̄a operatio nr̄i intellectus habet tēpus. 1. par. q.85. ar.5. ad 2m. Scd̄o dicitur. ꝙ quilibet angelus potest habere suū tpūs sʒ de hoc in octauo. s.t. in primo dis. 8. q.3. ar.3. 3.4.

¶ Ad octauū negatur maior per extrinsecuʒ licet non desinat per intrinsecum et cum probatur quia qd̄ desinit esse non habet totm esse quod habere potuit dicendū ꝙ plus essendo non habuisset aliud ⁊ aliud esse nec in parte nec in toto qd̄ aūt euū nō habeat successionē pʒ quia in omni successione aliq̄d amittitur. sed supremus angelus nō continue mutatur nec suū esse qd̄ mensuratur p euū ergo in suo euo non est prius et posterius. Ad aliud dicitur ꝙ in angelo 2m se nō est fuisse et fore sʒ solum quoad coexistentiā ad tēpus. et qꝛ ad preteritū nō est potentia iō de⁹ non pōt facere qui āgelus coexisterit tpi preterito et qui fuerit vī. s.t. pª p. q.10. ar.5. 3m. dicit ꝙ esse angeli subest diuīe potenē absolute cōsiderādo pʒ pōt deus facere ꝙ eē angl'i sit futurū ⁊ potest facere dum est ꝙ nō sit idē habetur in 2º. d.2. q.1. ar 1. 7m. et quodlʒ. 10. ar.4º. 1m vbi concedit ꝙ de⁹ p̄t facere angelū non esse Sʒ ꝯtra ponamus p casū ꝙ nūq̄ʒ tpūs fuerit tūc adhuc verū est dicē angelū fuisse vn̄ grego. nazansenus dicit āgelos fuisse añ mundū vt dicit. s.t. 1. p. q.61. ar.3. Et ita argueretur ꝙ in deo sit fuisse et fore. Itē ista est vera absolute deus est hodie ⁊ angelus est in hac die ergo mensurak ista die forte dicis ꝙ de⁹ dr̄ esse hodie qꝛ coexistit hodierno tpi. Cōtra tūc sicut dicit phi. celum esset in grano milij quia est quando g̃nū mistis et peri dēarguitur ꝙ sortes mēsurak instāti qꝛ sor. est in hoc istanti alias sortes nūq̄ʒ inciperet exponitur enim sic sortes est i instanti et ante illd̄ nō fuit ⁊c. Dicēdū ꝙ si nūq̄ʒ fuisset nec foret tp̄s tūc i āgelo nō est fuisse nisi forte p tp̄s imaginariū vel sursis operationib⁹ Ad aliḋ dr̄ ꝙ duo cōtradictoria pñt coexistere vni euo vl' vni nūc ipsi⁹ eui tamē nō mēsurātur ipso sed tūc querik an creatio āgeli mēsurak per nūc eui et similiter sua ānichilatio si a deo postea ānichillek et similiter querik an vna eius operatio mēsurek tēpore vel per nūc dicēdū ad primū ꝙ creatio rerū mēsurak instanti temporis discreti et per hoc patet si ponamus ꝙ nullum tempus sit an deus potest creare vnum angelum post aliumʒ in quo erit ista successio an in euo dicendum ꝙ non s.t. in 2. dis. 12. ar.5. ad 3m dicit ꝙ prima rerū creatio tempore mensurabak quia fieri ipsius tēporis non potest mēsurari istāti qꝛ tēpus fit quando est successiue. S.T. i2. dis. 1. q.1. ar. vi. 4m. vbi etiā dicit ꝙ tēpus non mēsurak tempore nisi sicut aliquando vna linea per aliam. S.T. de potentia. q.3. ar.17. 12m. et opu. 9. ar.10. 2. loquēdo de doctrina petri de tarātasia dt̄ ꝙ rerū creatio nō mēsurabak istāti tēporis cōtinui Alij dicūt ꝙ āgeli creatio mēsurak instāti tēporis discreti capre. i2º. dicit eñ. s.t. omnē creationē eē i istāti ergo nō ē i tp̄e. Itē creatio nō ē mot⁹ nec hʒ pri⁹ ⁊ posteri⁹ ergo nō mensurak tp̄e S.T. cōtra gēti. li.2. c.19. dt̄ ꝙ basili⁹ tenet oīa eē creata i istāti qd̄ est principiū tp̄is. Sʒ ꝯtra 1a. pte q.46. ar.3º. ad 1m dr̄ ꝙ res nō dicūk i principio temporis eē create quasi principiū tp̄is sit mēsura creationis sed qꝛ simul cū tēpore celū et terra create sunt Ad aliud dr̄ ꝙ vna opatio momētanea āgeli mēsurak aliquo indiuisibili vel istāti tp̄is discreti qd̄ pōt coexistere magne parti tēporis nr̄i secūduʒ S.T. opus. 36. c.1. ⁊. 4º. Sed q̄rik an successio operationū in voluntate āgeli ⁊ i itellectu mēsurek eo tp̄e et eodē istāti pōt dici ꝙ nō et sic in eodē erunt plura tēpora discreta secūdū successionē diuersarū operationū alterius generis.

¶ Ad nonū vr̄ s̄m cap. ⁊ multos ꝙ euū sit eē āgeli qꝛ. s.t. dicit. 1a p. q.10. ar. vj. ꝙ eē oīm euiternoꝝ mēsurak eē primi euiterni ergo eē primi euiterni est euum sed negatur consequentia qꝛ oēs mot⁹ mēsurātur per primū motū qd̄ tamen non est tempus

san.tho.opus.36.c.1.dicit ꝙ indiuisibilia que men
surant ea que sunt in angelis nõ pertinent ad ge-
nus q̃titatis põt ergo dici ꝙ ipsum nunc est in pre
dicamento q̃n et similiter euũ saltẽ reductiue. Et in
hoc predicamento etiã potest poni tempus reper-
tum in angelis q̃d nec est dies nec est hora vñ quidã
dicunt ꝙ tẽpus discretũ est oĩo.
¶ Ad decimũ dicitur ꝙ ibi non est causalitas rea-
lis sz scd̃m modũ intelligendi tẽpus aũt dr̃ esse ab
euo non effectiue sz exẽplariter scd̃m ꝙ perfectio
ra sunt exemplaria inferiorum. S.T. in 2°.d.2.q.1
ar.2.2m. Sed adhuc cõtra predicta istatur. S.tho.
in 2°.d.2°.in expõne textus. dicit ꝙ esse angli men
suratur seculo ergo nõ mensuratur euo. Item ibidẽ
q.1.ar.1.4m dicit ꝙ visio rerum in verbo mẽsuratur
euo. et idem habetur quo.10.ar.4°. et tamen in 4°
sen.d.49.q.1.ar.2.q.3.dicit ꝙ nõ põt mẽsurari euo
quia excedit naturalẽ potentiam. Item habetur
opus.36.c.4.vbi dicit ꝙ euo nulla actio mẽsuratur
Et ideo quidã dicunt ꝙ actio naturalis angeli non
mensuratur euo quia potest interrũpi q̃m ad excer
citũ Sed de hoc nichil pro nunc determino dicen
dum ꝙ aliq̃n euũ capitur generaliter p̱ eternitate
participata aliq̃n vero sp̃aliter pro mẽsura esse na
turalis angli et tunc realr̃ distinguũtur ab alia eter
nitate participata.

¶ Explicit quartus phisicorum.

¶ Sequitur quintus phisicorũ. Transmutat͛ aũt
¶ Circa hunc textũ querũtur quinq̃ Primo an ad
subãm et relationẽ sit per se motꝰ. Scd̃o an tm̃ ad
tria ṗdicamenta est per se motus. Tertio an distin
cta spẽ possint continuari Quarto an ad vnitatem
motus requiratur vnitas mobilis et vnitas termi-
ni ad quem. Quinto an motus contrariatur motui

AD primum sic proceditur. videtur ꝙ ad
subãm et relationem sit per se motus
quia 5° phi. dictũ est g̃nationẽ esse motũ
cũ sit actus g̃nabilis inq̃m generabile.
Itẽ q̃n sor. fuit albus tũc per dealbatio
nem sortes acquirit sibi similitudinez ergo ad rela-
tionem est per se motus Sed contra est phũs.
¶ Respondeo dicendum ꝙ hic 5° phi. incipit di-
uidere motũ in suas ptes subiectiuas postq̃ deter
minauit de ipso in coĩ. Ad diuidendũ aũt motũ in
suas species. sciendũ ꝙ tripl͛r cõtingit aliquid mo
ueri p̱io per accidens et sic musicꝰ ambulat vel sa
natur. 2° per alterum et g̃ra partis. et sic corpꝰ sana
tur q2 oculus sanatur. 3° per se primo et sic alterabi
le alteratur. et eodẽmodo dicẽdũ est ꝙ tripl͛r aliqd
mouet. Exemplũ triplex vt musicus edificat homo
pcutit et medicꝰ sanat Motus per accidẽs vel mu-
tatio per accidẽs nõ est diuidenda ĩ suas ptes sub-
iectiuas quia quod est p̱ accidens in infinitũ varia
ri potest/motus aũt per se debet diuidi in suas spe
cies q2 non est in omnibus indifferenter sed inter
cõtraria quo ad motũ successiuum vel inter 9tradi
ctoria q̃m ad g̃natioẽz et corruptionẽ Sz nõne mo
tus est in qualitatibꝰ mediis dicendũ ꝙ mediũ cõpa
ratum ad vnũ extremũ cõtrariatur alteri propter
cõuenientiã quã hz cũ illo extremo. ¶ Notandũ
p̃terea ꝙ ad motũ quinq̃ req̃runtur. s. mouẽs mobi-
le tẽpꝰ et terminꝰ a quo et terminꝰ ad quẽ. Illud aũt
q̃d mouet͛ distinguit͛ a termio ad quẽ vt q̃n lignũ mu
tatur de frigido in calidũ tunc motꝰ calefactionis
est in ligno tanq̃ in subiecto et nõ in aliquo termi-
norũ q2 motꝰ siue mutaꝰ non est in spẽ hoc est in for
ma f̃m quã fit motus. sed est in subiecto quod moue
tur forma em̃ non p̱p̱rie existit nec sibi 9uenit esse
nisi tanq̃ quo ergo forma nõ mouet͛. s.t. de veri.q.1
ar.6. dicit dupliciter aliqd mutat͛. s. subiectiue aliꝰ q2
est illud quo fit mutatio et sic albedo mutatur.
¶ Notandũ p̃terea ad cognoscendũ spẽs motꝰ ꝙ
oĩs mutatio fit ex quodã ĩ quodã et inter duos termi
nos et hoc quadrupliciter p̱io de subiecto in subie
ctum. i. de termino affirmato ad terminũ affirmatũ
scd̃o de subiecto in non subiectũ. 3° de nõ subiecto
in subiectum. quarto de non subiecto ĩ nõ subiectũ.
Et si queratur an materia dicatur subiectũ Dicen-
dum ꝙ nõ q2 sicut dicit. s.t. lec.2. per subiectum hic
intelligimus aliquid ens actu modo materia p̱ia
est ens in potẽtia tm̃ ideo g̃natio nõ fit de subiecto
in subiectum. Sed notandũ ꝙ duplex est generaꝰ
quedã est simplex qua aliqd simpliciter generat͛ vt
quando sortes fit Alia est secundum quid vt quan-
do sor. fit albus.
¶ Conclusio prima nulla est mutatio per se ex nõ
subiecto in non subiectum sed bene per accidens
primum patet quia omnis mutatio est iter contra-
ris vel contradictoria ergo semper oportet alterũ
extremorum esse positiuum et alteri oppositum sz
duo predicti termini non opponuntur secundum
patet quia quando ex albo fit nigrum tunc per acci
dens ex non nigro fit non album. Ex hoc sequitur
ꝙ tantum sunt tria genera mutationis per se quia
quartum membrum superius tactum nõ ẽ mutatio
per se.
¶ Secunda conclusio generatio non est motus p̱
bat philosophus duabus ratiõibus prima quia q̃d
simpliciter non est non potest moueri sed quod ge-
neratur simpliciter est non ens ergo non mouetur
Ad manifestationem autem prime propositionis
dicit philo. ꝙ non ens dr̃ tripliciter primo scd̃m cõ
positionem vt falsum secundo ens in potentia ter
tio modo non ens secundũ quid et sic album dicit͛
non ens quia est non nigrum et solum istud nõ ens
potest moueri per accidens quia est in subiecto q̃d
mouetur Sed nonne ex non ente fit aliquid per
se dicit sanctus tho. ꝙ sic nichilominus tamẽ illud
quod fit simpliciter non est Secũdo omne quod mo
uetur est in loco sed quod generatur non est in lo-
co quia non est igitur. Maior patet quia motus lo-
calis est primus ergo oẽ q̃d mouet͛/mouetur secun
dum locum ex quo sequitur ꝙ corruptio simpliciter
non est motus quia motus contrariatur motui Se
cundo sequitur ꝙ sola mutatio de subiecto in subie
ctum est p̱p̱rie motus. Tertio sequitur ꝙ non est
per se in predicamento substantie. Unde motum
esse per se ĩ aliquo predicamento nichil aliud est
q̃ formam illius predicamenti acquiri in aliquo

fubiecto per motum cuius est per se terminus quia motus est actus imperfectus cuius perfectio ē terminus eius ad quem vnde motus ratione sui termini est in predicamento licet ergo per motum albefactionis acquiratur similitudo tamen ad similitudinem non est per se motus quia non est per se terminus albefactionis.

¶ Notandū preterea ad hoc q in aliquo predicamento sit per se mot⁹ oportet q ibi reperiantur forme contrarie quia motus est fluxus continuus de vna forma contraria ad aliam secundū intensionē vnius et remissionem alterius Et ideo motus non est in genere substantie quia substantie nichil est contrarium. Sed hic mouet. S. T. dubiū quia secūdū philosophū secūdo de gñatione ignis est contrarius aque et primo libro de celo dicitur q celū non est generabile quia non habet contrariū ergo substantia generabilis habet contrariū Respōdet alexander q substantia contrariatur alteri secundū formā et non secūdū subiectū sed tunc in substātia posset esse motus Alij dicūt q ignis contrariatur aque secūdū qualitates actiuas ꝛ passiuas tm̄ Sed contra proprie passiones causantur ex principijs subiecti ergo si qualitates contrariant principia contrariabūtur scilicet materia et forma q̄ contrariorū sūt contrarie cause. Itē 10. methaphisice probat q oē genus diuiditur per cōtrarias differentias differentie autem sumūtur a formis ergo in formis substantialib⁹ est contrarietas Dicendū q ibi est aliquomodo cōtrarietas secūdū q vna differētia excludit aliā vel excellit eam sed hoc nō sufficit ad motū sed preter hoc requiritur q ille forme que sūt cōtrarie maxime distēt et q ab vno veniatur in aliud per media p motū cōtinuū secūdū intensionem vnius forme et remissionem alterius manifestū ē q hoc nō ē i substātia Si dicat i quātitate ꝛ i loco nō reperit maxia distātia dicendū q in spe aialis ē dabilis mīma quātitas et aliqua maxima ad quā terminat motus augmenti ꝛ ita dicatur de loco respectu motus localis.

¶ Tertia conclusio in ad aliquid non ē per se motus patet quia relatio potest reperiri in aliquo nō mutato de nouo sed mutato altero vt german⁹ fit similis iohāni per hoc q iohānes fit albus sicut est germanus. Sed queritur quō est possibile q germanus nūc habet similitudinē quā prius non habuit et tamen non est mutatus. Respondet S. T. le. 3ª. q si aliquis per suā mutationē efficiatur michi equalis me nō mutato ista equalitas prio erat in me quodāmodo sicut in sua radice ex qua habet esse reale ex hoc em̄ q habeo talem q̄titatem competit michi q sim equalis omībus his que habent eādem q̄titatem Cū ergo aliquis de nouo accipit illam q̄titatē ista cōis radix equalitatis determinatur ad istum et ideo nichil aduenit michi de nouo per hoc q ego incipio esse alteri equalis hec ille. Sed contra aduenit sibi relatio dicendū q ille qui pri⁹ fuit pater nato secundo filio per primā paternitatem refertur ad istū sꝫ ponam⁹ q nō fuerit pater nonne tunc aduenit sibi aliquid reale.

¶ Contra predicta arguitur probando q motus siue mutatio sit subiectiue in specie vel in forma secundū quam fit motus quia motus ē fluxus quidā sed fluxus est in forma fluente ergo motus est subiectiue in forma vel in specie. Itē motus est subiectiue in eo qd̄ mouetur sed forma ē id qd̄ mouetur quia est id quod continue variat de esse in pfecto ad esse perfectum ergo motus est subiectiue in forma scd̄m quā fit motus.

¶ Secundo arguitur q non sola mutatio q̄ est de subiecto in subiectū sit motus proprie dictus q2 in omni motu debꝫ manere idem subiectū sub vtroqꝫ terminorū alias motus non esset vnus. Et si semper maneat idē subiectū sequitur q talis mot⁹ nō est de subiecto in subiectū et per ꝯsequēs mutatio de subiecto in subiectū non est motus. Item sicut se habet subiectū ad subiectū ita non subiectuꝫ ad non subiectū ergo si sit motus de subiecto in subiectum erit motus de non subiecto in non subiectuꝫ ergo nō sola mutatio de subiecto in sbm̄ erit mot⁹.

¶ Tertio arguitur q in substantia ꝛ ad aliquid sit per se motus quia forma substantialis prius inducitur in vna parte materie q̄ȝ in alia quia nō ē possibile materiā scd̄m q̄ȝlibꝫ sui partem subijci equaliter virtuti agentis ergo gñō est mutatio successiua et ita est motus. Item forma substantialis ē intensibilis ergo acquisibilis per motū antecedens patet quia vnus ignis est calidior alio ergo oportet in forma a qua est calor esse diuersitatē si dicas q hoc prouenit a contrario impedītē. Contra secluso impedimēto vnus ignis est calidior. s. maior si dicas q calor non est a forma ignis sed se habet tantum passiue. Contra omnis potentia passiua ē potentia cōtradictionis. 9. metha. ergo ignis posset esse frigidus. Item omne quod mutatur parti est in termino a quo et partim in termino ad quem sexto phisi. et hoc est verum in quattuor generib⁹ ergo forma substantialis non introducitur tota simul et nota q illa propositio non intelligitur de ptibus mobilis quia per eaꝫ vult probare q mobile habet ptes et sic peteret principium. Itē p dealbefactionem fit aliquis similis sed dealbefactio ē motus et similitudo est relatio ergo per motum acquiritur relatio in aliquo et per consequens in ad aliquid est motus.

¶ Quarto arguitur q relatio non possit de nouo alicui attribui nisi transmutatione facta in ipo q2 sicut est de qualitate sic videtur eē de relatione sꝫ qualitas nō potest alicui attribui de nouo nisi fctā transmutatione in ipo igit. Itē nullū ens reale pt alicui attribui nisi transmutatiōe facta in eo in h⁹ ei vident differre entia rōnis et entia realia q2 entia rationis. s. conceptus intellectus pñt attribui aliquibus nulla transmutatiōe facta in ipis vt lapis potest esse intellectus nulla transmutatione facta in lapide. Sed entia realia non pñt attribui aliquib⁹ nisi transmutatiōe facta in ipis. Relatio aūt est ens reale ergo ꝛc̄. Item omne quod aliter se habet nunc q̄ȝ prius videtur esse transmutatuꝫ. hec videt manifesta in. 6. h⁹. Sed omne illud qd̄ nunc refertur aliqua relatione reali ꝛ prius nō referebatur se habet aliter nūc q̄ȝ prius si em̄ pen-

tus et eodẽmodo se haberet nũc vt prius tũc sicut prius non erat relatum sic nunc non est relatum et sic esset relatũ et nõ relatũ quod ẽ impossibile ergo

¶ Quinto vel relatio distinguitur a fundamẽto vel non si secundũ ergo ad relationẽ est per se motus quia ad fundamentũ relationis. s. ad caliditatem est per se motus ergo et ad ipsam relationẽ. Item albedo potest eẽ sine similitudine ergo non est idem realiter cũ relatione similitudinis quia nulla videtur esse potior via ad probandum aliqua distingui et per hanc viã phũs probat materiam non esse formam et locũ distingui a locato. quia loc⁹ manet recedente locato. Itẽ nisi vnio materie ad formam dr̃et aliquid preter materiã et formã sequeretur q̧ anima separata et materia eẽnt vnita. Item nisi approximatio diceret aliquid preter ignẽ sequeretur q̧ propter ignẽ nõ requireret approximatio ad hoc q̧ ageret. Item similitudo et dissimilitudo distinguunt̃ specie ergo non sunt albedo in qua fundant̃ Item relatio et fundamentũ differunt genere ergo specie et numero et phũs in ca. de ad aliquid excludit substantiam a diffinitione eius. Forte dicis q̧ relatio realis distinguitur realiter a suo fundamento et a subiecto. Contra tunc esset processus in infinitum quia si similitudo differt a subiecto p relationem et iterũ illa relatio differt a subiecto p relationẽ aliam. Forte dicis q̧ non quia secundum auicennam vna relatio non fundatur super aliam. Contra proportionalitas est relatio realis et fundatur in proportione est em̃ proportio proportionũ. Itẽ S. T. dicit q̧ vltima predicamẽta fundantur sup relationes. Item ad hoc q̧ inter aliqua sit relatio realis secundum S. T. prima parte. q. 13. arti. 7. oportet q̧ sint eiusdem ordinis et q. 28. ar. 1. sed ordo est relatio ergo omnis relatio realis presupponit aliam relationẽ realẽ et sic in infinitum.

¶ Sexto arguitur ad idẽ si relatio distingueretur a suo fundamẽto capiatur ergo creatio et arguitur sic illa terminatur ad substantiam ergo est substãtia Item deus sine tali accidẽte potest producere creaturam per suam omnipotentiam.

¶ Septimo si relatio distingueretur a fundamento capio ergo duas dissimilitudines inter sor. et platonem iste due relationes sunt eiusdẽ speciei ergo sunt similes ergo per eas vnus non est dissimilis alteri. Item quero in quo est subiectiue proportio dupla duorũ lapidum si in duobus lapidibus ergo idem accidens esset in duobus subiectis parisi⁹ et rome. Forte dicis q̧ vna pars est in vna parte quia medietas proportionis duple est in vno lapide et habet proportionẽ subduplam ad totũ. Cõtra proportio dupla est totum homogeneũ ergo quelibet pars eius est proportio dupla. Item tunc proportio dupla esset proportio subdupla quia proportio dupla duorum lapidum est subdupla ad proportionem duorũ lapidũ sed cõtra iste proportiones sunt diuersarum specierum ergo vna non dicitur de alia. Item ponamus q̧ deus creet sortem per vltimum instans non esse tunc queritur in quo instanti erit illa relatio non nunc quia subiectum suum non est nec in aliquo instanti post hoc quia quocunq̧ dato illud ẽ mediatũ huic et sic ante illud sor. iã fuit creat⁹

¶ Octauo secludat̃ relatio idẽtitatis specifice a sor. vel ergo est eiusdem speciei cũ platone vel nõ Forte negas casũ. Contra quãdo adam fuit solus tunc non habuit idẽtitatẽ specificã. Itẽ scd̃m phm̃ 7. metha. subã precedit accidens cognitione diffinitione et tempore precedere aũt tp̃e dr̃ quia nõ implicat sbãm eẽ sine accñte. Itẽ sit albedo sor. difformis et albedo platonis vniformis tũc quero vel similitudo sor. ad platonẽ que est in toto est eque intensa et tũc sequitur q̧ quelibet ps sor. ẽ eque similis platoni sicut alia si non ergo idẽ accñs ẽ magis et minus intensum Item fiat sortes magis dissimilis platoni et minus et minus dissimilis ciceroni tunc sequit̃ idem accidens scz eandẽ similitudinẽ intẽdi et remitti vt si sor. sit albus vt quattuor et plato incipiat perdere albedinẽ cicero vero fiat alb⁹ vt quattuor. Itẽ arguitur de approximatiõe si sit vna relatio que sit in toto ergo oẽs partes agentis sũt eque propinque passo. Si dicas q̧ quelibet ps habet suam approximationẽ sequitur q̧ erunt infinite relationes sicut sunt infinite partes.

¶ Ad primum dicendum negando minorem quia fluxus est in subiecto cum realiter sit ipsa forma. Sed contra generatio mensuratur instanti nõ aũt forma rei corruptibilis ymo supradictum ẽ q̧ mensuratur tempore. Item phũs hic. T. C. 5. dicit q̧ albedo non est motus quia inquit sequeret̃ q̧ motus esset terminus motus. Ad primum dicitur q̧ non sequitur quia idem est esse hominis et anime tamen esse aie mensuratur euo esse autem hominis mensuratur tẽpore vt sic secũdũ. S. T. in 4°. d. 17. q. 2 ar. 1. q. 3. 3m. Licet esse hoiem sit in instanti Ad aliud dictum est supra Deinde dicitur q̧ esse non est ipsius forme tanq̧ quod est et ideo forma non variatur sed subiectum per formam. Si dicat̃ quãdo aliqua sunt eadem essentialiter si vnum accipit esse per motum et alterũ si ergo motus et forma sint idem sequitur q̧ motus accipit esse per motum dicendum q̧ motus et forma sunt idem materialiter.

¶ Ad secundũ Negatur sequela quia licet subiectum sit idem tamen aliter se habet Ad aliud dicitur q̧ est dissimilitudo quia non subiecta dicunt duas negationes que non opponuntur sed subiectum sub vna dispositionne habet oppositionẽ ad subiectum aliter dispositum.

¶ Ad tertium dicitur q̧ quelibet generatio substãtie fit in instanti alias eẽt mot⁹ s. t. de po. q. 3. articu. 9. ad 9. et articulo. 12. an cor generetur prius tempore ibidem. arti. 18. ad. 10m. si dicas 3°. phisico. philosophus dicit generationẽ esse motum dico q̧ capit motũ pro mutatione vsq̧ ad quintum phisicorum Contra in principio huius dicit q̧ omnis motus est in tempore nec adhuc diuisit motum dices q̧ postea satis declarat quomodo accipiat ad alia patet in corpore. Ad aliud dictum est supra Sed contra si res generatur in instanti ergo illud quod generatur est quod est contra philosophum. Forte dicis id q̧d generat̃ nõ est Contra hoc modo generatio est alteratio ergo est motus. Item si alteratio

fit successiue ergo et introductio forme substãtialis quia introductio forme substantialis sequitur suffi cientē alterationē. Item per argumenta phi probaretur ꝙ generatio non est mutatio quia quod generatur nō est ergo nō mutatur. Item quod mutatio est i loco et mouetur localiter. Forte dicis ꝙ nō quia terra mutatur per alteratione et tamen non mouetur localiter. Cōtra motus localis precedit omnes alios ergo secundum phm̄ hic quod alteratur mouetur localiter. Forte dicis ꝙ philosophus per illud quod generatur intelligit materiā. Contra materia est et est in loco saltē per accidens ⁊ tamen philosoph⁹ dicit ꝙ illud quod generatur non est nec est in loco. Item primo phi. dicitur ꝙ materia est ingenerabilis sed dices ꝙ generatur subiectiue quia materia subiectum est generationis et ergo est subiectum motus ergo mouetur probatur cōsequentia quia phūs 3. phiſi. dicit generationē eē motū et in postp̄dicamētis dicit ꝙ motus sex sunt species. Item agens naturale prius agit in ꝓpinquum ꝙ̄ in distans ergo in corruptione est successio vt patet per experientiam quādo domus cōburitur vel ciuitas. Itē si forti successiue abscindentur digiti. Item cor vltimum moritur in homine vt dicit sanctus thomas. Itē generatio non est creatio ergo est mutatio de subiecto in subiectum ergo est motus ꝓprie dictus. Ad primum dicitur ꝙ subiectū generationis est materia que ē non ens vt supra est expositum. Quidam dicunt ꝙ in generatione est successio per accidens scilicet ratione alterationis tamē ꝓpter h⁹ non sequit̄ ꝙ sit mot⁹ capiendo proprie motum. Aliter dicitur ꝙ oīs generatio fit in instanti si sit generatio entis ꝑ se subsistentis. Nō inconuenit tamen ꝙ vna generatio sequatur aliam et ꝙ plures generationes sibi inuicem succedant per instantia Minimū eñ naturale generatur in instanti et ita est ibi successio ꝑ instantia et non per tempus continuū. Et per h⁹ patet ad alia ⁊ ex corpore articuli sed contra licet minimum naturale generetur in instanti tamen hoc est quia non potest esse per se sec⁹ autē est de alijs partibus aduenientib⁹ et vnitis illi. Item quādo producitur minus calor vel agens illum producit quācito applicatur vel per tempus disponit aliud inducendo.

Ad quartum dicitur ꝙ multe relationes sūt rationis tantum et tales adueniunt sine mutatione subiecti. Secundo dicitur ꝙ acquisitio relationis non est phisica mutatio vel dicitur vt supradictum est ꝙ aliquis fit similis alteri qui tamen nichil acq̄rit quia prius fuit similis alijs et nunc per eandē similitudinē est similis isti Simplicius super p̄dicamenta dicit ꝙ relatio non est forma ad se s₃ ad alterum et ideo si mutari dicatur solū illud qđ aliter se habet ad se tunc non est mutatio in adaliquid vel dicitur ꝙ licet in adaliquid sit mutatio non tamen est motus sicut etiam dictum est de substantia ambrosius dicit generationē esse mutationem in ⁊ relationem vt vult scotus. Albertus probat ad relationem non esse per se motū qm̄ termini mot⁹ nō sunt simul nec ponunt se mutuo secus aūt est de oppositia relationibus.

Ad quintum dicit ockam ꝙ nulla res extra animam est relatio et idē tenet aureolus. Alij dicunt ꝙ relationes non sunt alique res Sed Cōtra inquit S. T. de po. q. 7. ar. 9. hoc destruit vnitatem vniuersi que est in ordine partiū ergo nō est in aīa Item vnio forme causata per agens naturale nō est in anima. Item approximatio requisita est ad actionem non autē ens rationis. Item q₂ omnes conclusiones mathematice demonstrant relationes de quātitatibus quod apparet p̄io ex auctoritate phi. 13. metha. c primo in fine. Boni autem maxime spes et ordo et ꝯmensuratio et determinatū que maxie ondūt mathe. sciē quia illa ars est in ꝓportione et mensuris aliquorū adinuicē. Itē hoc ꝓz per experientiā ꝑ coclusiones mathe. in quib⁹ oībus coiter predicatū est aliqua passio relatiua sicut patet incipiendo a ꝑima conclusione geometrie vbi ostēdit̄ eq̄litas laterum de triāgulo vel de linea recta hoc p̄dicatū posse eē basim vel lat⁹ triāguli equilateri ⁊ ita in oib⁹ alijs puta ꝙ triangul⁹ habet tres angulos equales duob⁹ rectis passio de mōstrata de tribus angulis trianguli est ista equalitas duobus rectis et ita est in alijs Scotus dicit ꝙ aliqua relatio nō distinguit̄ realiter a substantia ⁊ aliq̄ distiguit̄ 1m p₂ q₂ aliq̄ relatio nō p̄t separi a sbā ergo nō differt q₂ contradictio est via ad ostendendum aliqua distingui ergo quādocumq₃ aliqua sunt distincta de vno potest dici esse et de alio non esse Sed contra secundum hoc pater in diuinis posset esse sine filio. Item secundum aristo. impossibile est celum esse sine motu et quantitate et totum sine partibus et tamen hec distinguntur Thomiste videntur diuersimode loqui de distinctione relationis sed sicut dictum est in logica cōmuniter nunc tenetur ꝙ in creaturis omnis relatio distinguitur a suo fundamento et a suo termino nec est processus in infinitum quia distinctio seipsa distinguitur a subiecto et seipsa refertur ad illud S₃ nōne sortes potest esse sine istis distinctione dicendū ꝙ sic si ipse sit solus Nec tamen requiritur alia distinctio vt sor. dicatur differre ab ipsa distinctione et de hoc videatur grego. in 1o. di. 28. q. 2. et capre. i 1. di. 30.

Ad sextū dictum supra ē. Nec sine tali creatione sortes esset creatura et ideo non potest fieri creatura sine creatione sicut nec materia sine forma.

Ad septimum tenendum est relationem ꝓportionis distingui a substantia alias proportio ineq̄litatis maioris esset proportio inequalitatis minorum quod est impossibile quia tunc motus sequeretur proportionem minoris inequalitatis et patet sequela quia substantia esset proportio dupla et subduppla. Item tunc relatio adueniret subiecto de nouo per mutationem subiecti et motum quia relatio similitudinis secundum istos aliquando est albedo vel calor que per motum acquiruntur dicēdum ergo sicut in logica vbi prolixe tanguntur predicta argumenta.

D secundum sic proceditur videtur ꝙ non tantum ad tria predicamenta sit per se motus quia in actione et passione reperitur contrarietas ergo et motus. Item motus est in predicamento passionis vt videtur dicere commentator, mouere enim est actio ergo moueri est passio ergo motus ē in predicamento passionis Sed contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendum ꝙ ipsius motus non est per se motus nec tanꝙ subiecti nec tanꝙ termini primum pz quia motus non est substantia secundum patet quia omnis motus est de vna specie in aliam si ergo vnus motus terminaretur ad alium sequeretur ꝙ mobile moueretur motibus contrarijs. Nam motus non est indifferenter ex quolibet termino ad quemlibet terminum sed ex contrario in contrarium igitur egrotatio est ad sanationem tanꝙ in per se terminū sed omne quod mouetur continue habet partem de termino ad quē igitur quā diu aliquis egrotat habet aliquem motum sanationis ergo per cōsequens simul mouet motu egrotationis et motu sanationis patet consequentia quia successiua dicuntur esse quando aliqua pars illorum est et sic idem moueretur motibus contrarijs. Item tunc vna generatio terminaretur ad aliam et sic procederetur in infinitum et sic non daretur prima generatio nec vltima. Item generatio non corrumpitur ergo non generatur antecedens probat philosophus quia esse generationis est suum fieri ergo si generatio corrumpitur oportet ꝙ sit et fiat sed idem non potest simul fieri et corrumpi ergo generatio non corrumpitur Item generatio nō habet mām ergo non generatur. Item si motus terminaretur ad motum cum non sint nisi tres species motus ergo species vnius motus acquiretur per speciem alterius motus et sic loci mutatio alterabitur. Ex hijs sequitur ꝙ ad actionem et passionem non est per se motus quia actio et passio sunt idem subiecto cum motu Si queratur. An ad predicamentum quando situs et habitus sit per se motus dicendum ꝙ non de primo patet quia tempus est mensura motus quando autem iungitur tempori ergo ad ipsum nō est motus sicut nec ad passionē quia passio ad motum pertinet. De situ patet quia maxime acquiretur per motū localē sed contra talis motus immediate terminatur ad vbi ergo non terminatur immediate ad situm de habitu patz qz dicit relationē vide s.r.hic lec.3.

¶ Conclusio responsiua tantū ad tria predicamēta est per se motus scz ad ꝗtitatem qualitatē et vbi Et si queratur an intentio qualitatis sit augmētatio dicendū ꝙ non sed alteratio. Sed contra non est de ꝯtrario in contrariū dicendū ꝙ qualitas remissa improprie contrariatur qualitati intense pro ꝗto cum qualitate remissa stat qualitas opposita secundū esse remissum.

¶ Contra hec arguitur et primo ꝙ ad vbi non sit per se motus quia ad relationē non est per se motus sed vbi est relatio. Forte dicis ꝙ motus localis terminatur intrinsece ad vbi quod est relatio ad locū Contra relatio et locus non faciūt vnum ens per se Item locus est extra mobile. Item motus primi celi est in predicamento vbi et tamen no terminatur ad locum nec etiā fit de contrario in contrarium ergo philosophus superius male dixit ꝙ motus proprie fit de contradictorio vel contrario.

¶ Secundo motus imediate terminatur ad quietem ergo non immediate terminatur ad vbi. Item aliquid potest habere nouum vbi sicut superius phi. dicit de relatione sine motu locali vel mutatione subiecti vt patet de sorte modo genito ergo ad vbi non est per se motus. Item motus localis fit inter locū sursū et deorsū sed ista non ꝯtrariantur. Tū primo quia sursum et deorsum non maxime distant. s. centrum terre quod est maxime deorsum et concauum celi quia plus distant oriens et occidens. Itē contraria sunt forme actiue sed sursum et deorsum nō sunt forme actiue nec vnum est corruptiuū alterius nec succedit alteri hec autē omnia conueniūt contrarijs ergo in predicamento vbi non est contrarietas.

¶ Tertio arguitur ꝙ ad qualitatē non est per se motus quia qualitas acquiritur in instanti vt patz de minimo naturali ipsius caloris si enim acquireretur successiue tunc vna pars posset esse sine alia. Item ad passionem non est per se motus quia passio est idem subiecto cū motu sed etiam qualitas ē idem subiecto cum motu alterationis ergo ad qualitatem non est per se motus.

¶ Quarto arguitur ꝙ ad quantitatem non ē per se motus quia augmentatio proprie dicta fit per generationē partialē noue carnis sed oīs generatio substantialis fit in instanti Item quātitas nō intēditur nec remittitur ergo ad quantitatem nō est per se motus. Itē secūdū. s. t. in essētia albedinis et aliorum accidentiū non sunt partes ergo essentia istorum non acquiritur successiue et per consequens non acquiritur per motum.

¶ Quinto in quantitate non est contrarietas ergo nec motus antecedens patet per ph. in predicamentis Tum quia quantitates non sunt forme actiue. Item vel motus est inter quantitates eiusdem speciei vel non si primū Contra inter illas non est contrarietas cum contraria specie differāt Nec secundum quia linea et superficies sūt simul. Item nulle quantitates maxime distant qz quacunqz data potest dari minor vel saltem maior quia non repugnat ignem in infinitum augeri ꝗtum est ex parte sui.

¶ Sexto arguitur ꝙ in generationibus procedatur in infinitum quia scdz aristotelē ab eterno fuerunt generationes ergo iste homo qui nunc est dependet ab infinitis causis per se tenet consequentia quia scdm S. T. idem homo nūero non pōt ab alio generari. Item generatio sortis non semper est ergo corrumpitur aliquando contra phm similiter arguitur ꝙ ad motum est per se motus quia oīs motus proprie dictus successiue acqritur ergo oīs motus acquiritur per motum. Item in predicamēto situs vel positionis potest reperiri sursum et deorsum ergo potest ibi esse motus. Item situs et vbi

videntur dicere eandē relationē. scʒ locati ad locum ergo si ad vbi sit per se motus etiam ad situm. Forte dicia ꝙ situm dicit relationē partiuʒ inter se Contra partes totius non sunt in actu ergo inter eas non est relatio realis alias essent infinite propositiones in aliquo toto scd'm infinitas partes et per consequens infinite relationes.

¶ Ad primū dicitur ꝙ verū est ꝙ ad relationē cuius esse consistit in indiuisibili non est per se mot⁹ quō autē vbi non est penitus indiuisibile dictū est tertio phisi. De motu celi dicitur ꝙ est de contrario in contrariū scd'm ꝙ fit ab oriente in occidentem.

¶ Ad secundū negatur antecedens. Ad aliud dicitur ꝙ miraculose aliquis possʒ habere nouuʒ vbi sine motu et similiter nouā qualitatē. Secūdo dicitur ꝙ in sorte genito ē nouū vbi ꝛ noua qualitas et q̄ntitas ideo concedo ꝙ non ad quodlibet istoruʒ est per se motus cū hoc tamen stat ꝙ est per se motus ad vbi et qualitatē. Ad aliud dicitur ꝙ sursum et deorsū maxime distant non simpliciter sed in ordine ad grauia. t.c.23. vel secundū virtutē conseruatiuā que alia est sursum ꝛ alia est deorsū ꝛ scd'm hoc est ibi contrarietas et actio ꝛ quodāmodo successio. Quidā dicunt ꝙ non oportet oīa contraria esse actiua quia albedo non est actiua.

¶ Ad tertiuʒ dicēt in sexto phi. dato tamē ꝙ alteratio et augmentatio fiant in instāti scd'm aliquos adhuc ibi esset per se motus quia non repugnat alterationē in q̄ntum motus est ꝙ sit continua. Sʒ cōtra eodē mō posset dici ꝙ generatio ē per se mot⁹ quia non repugnat sibi in q̄ntū est mutatio ꝙ sit continua De passione dicitur ꝙ magis conuenit cum motu q̄ʒ qualitas.

¶ Ad quartū iam dictū est ꝛ satis patet ex predicamentis. secūdo dicitur ꝙ ipsi q̄ntitati non conueniunt omnes proprietates contrariorū et ideo nō est ibi proprie contrarietas. Sed pro q̄ntitatores naturalis non potest simul stare sub magna et parua q̄ntitate quidem dicunt ꝙ q̄ntitates contrarie non sunt eiusdē speciei vt corpus bipedale et corpus quadrupedale. Sed contra ē eadē q̄ntitas in nūero in sor. sex pedum et octo pedū alias quādo sor. augeretur perderet omnē q̄ntitatem precedentem potest tamen dici ꝙ q̄ntitas magna et parua differunt in ratione mensure.

¶ Sed notandū ꝙ dupliciter aliquid est in potētia scꝫ essentiali et accidentali siue prima et secunda. illud quod est graue non tamen mouetur actu ē in actu primo qꝛ habet grauitatem non est tamen ī actu 2°. quia non mouetur et ideo est in potentia secunda. Similiter materia q̄n non habet formam aeris est in potentia essentiali sed graue quod mouetur est in potentia accidentali. si ergo queratur a quo mouentur grauia et leuia dicendū ꝙ a generante per se quia dans formam dat cōsequentia ad formam. sed mouentur a remouente prohibēs per accidens. qꝛ remouens prohibens nichil influit in ipsum graue vel leue sicut nec paries. a quo reuerberatur lapis cōtra ipsum proiectus. ¶ Et est sciēdum ꝙ multi doctores vt Scotus ꝛ gregorius. opinantur. ꝙ grauia mouētur a seipsis. Sed hoc videtur esse contra philo. hic dicentē ꝙ mouentur a generante. Et per hoc dicit inaīata differre ab aīatis Item tunc aliquid moueretur a seipso primo. Nec phūs posset sufficienter probare ꝙ oē quod mouet ab alio mouetur. Item quidam sic arguūt potentia actiua 5° meta. et 9° diffinitur per esse principium transmutandi aliud. Nichil igitur transmutat seipsum. Item si idem moueret seipsum primo idem secundū idē simul esset sub oppositis dispositionibus ꝑñs est impossibile. Cōsequentia ꝓbatur quia semper mouens est in opposita dispositione ad motum et ecōuerso Nam mouens sibi assimilat motū ꝛ trahit eū ad dispositionē similē sibi igitur motū est sibi dissimile dū mouet Et ideo primo de gñatione dicitur ꝙ agens et passū sūt dissimilia in principio ꝛ similia ī fine. Item si talia corpora mouerēt se per se et primo eadē ratione et celū moueret se per se et primo Non enī apparet ratio propter quā celuꝫ non possit ita moueri circulariter a seipso sicut illa mouent recte. Item sequitur ꝙ in eodem tēpore ꝑ equale spaciū moueretur graue maius et minus verbi gratia magna mola et medietas eius quod est falsum vt patet ad sensū. Cōsequētia declaratur per regulā phi 7° phi. Si tanta virtus mouet magnitudinē in aliquo tempore Media virtus mouebit medietatem magnitudinis ī equali tpe ratio est quia qualis est proportio totius virtutis ad totū motum talis est medietatꝭ virtutis ad medietateꝫ moti Si ergo tota virtus mole mouet totā molā in tanto tēpore. Medietas virtutis mole mouebit medietatē mole in equali tempore vide si hec probāt animata etiam non mouere se ideo.

¶ Contra hec arguitur vel ergo mouentur a celo vel ab alio. Non a celo quia sequeretur ꝙ q̃to graue esset magis elongatū a celo tanto tardius descenderet Consequens est falsū vt percipit sensus Consequentia patet quia q̃to magis motuꝫ distat a motore. ceteris paribus minus pōt motor sup illud et per ꝯñs tardius mouet. Secundo si ita esset sequeretur ꝙ non velocius descenderet graue maius q̃ graue minus eiusdem rationis et similiū dispositionū oīm preter magnitudinē et puitatem Consequens pꝫ falsū ad sensū Cōsequentia probatur qꝛ vbi mobilia se hñt mere passiue sicut hic supponitur et cetera sunt paria nunq̃ maius citius transmutatur ab eodē agente naturali q̃ minus. patꝫ tā in motibus localibus violētis q̃ etiā in alterationibus Nam stante vniformi dispositione passi nō citius alteratur ab eodē agente maius q̃ minus.

¶ Secundo principaliter Si mouerentur a celo vel ergo per expulsionem vel impulsionem quo ad grauia et leuia per attractioneꝫ Sed si sic seq̄retur ꝙ q̄ncūq̧ graue descenderet celū expelleret ignē sibi proximuꝫ et aerem cōsequētem et vniuersaliter cetera media vsq̧ ad graue et mediantibus illis ipsum graue vt patet ex diffinitionibus taliū motuuꝫ Sed hoc est falsum Tum quia secūdum hec ad cuiuslibet grauis descensū ignis violenter moueret Tum quia si tunc simul aliq̄s ignis ascēderet ꝑpēdiculariter per eādē lineā per quā descederet graue celum traheret ad se ignē sibi proximū et cetera corpora media vsq̧ ad ignē ascendentē et per ꝯñs oīa illa media simul ascenderēt scd̄m eandē lineaꝫ rectam. Et per hoc contrarijs motibus mouerent. tum quia in tali expulsione ipsum celum aut pars eius sequeretur ignem proximū quē expelleret et tunc vel totum celū descenderet vel pars eius abscinderetur ab eo que ignem sequeretur aut in tali expulsione nec celū nec pars eius sequitur ignē et tūc sequitur ꝙ vacuū remaneat iuxta celū vel di

catur ꝙ alia pars lateralis ignis rarefiet quousqꝫ impleat locum expulse quod non videtur possibile naturaliter cū ille sit ignis habēs sūmam raritatē sibi possibilem natura. iter aut absqꝫ rarefactione per motū localē sibi succedit et tunc eadē ratione 3ª. veniet ad locū 2ᵉ. et 4ᵃ. ad locū 3ᵉ. ꝛ sic deinceps et per ꝯñs tota spera ignis mutabit̄ que omnia sūt absurda. Cōfirmat̄ nam derisibile est dicere si lapillum habeo in manu mea ꝛ dimisero illū cadere mox tota regio superior agitetur quod tamē sequeretur secūdū predicta qm̄ vt videm⁹ nūqꝫ aliqd expellit aliud nisi illud sit sibi proximū aut expellēdo aliqd proximū mediātē quo expellat aliud et sic deīc eps vsqꝫ ad vltimū hoc etiam videt̄ de intētione cōmētatoris vbi ait 2º. celi possibile ē vt aliqd moueatur ab aliquo in loco mediante aliquo non moto a primo mouente. Et ex hoc infert ꝙ pars aeris opposita soli non potest moueri localiter motu recto per expulsionem ab ipso sole quia pars celi media inter aerem et solem sic non potest a sole moueri. Itē horologium mouet se licet sit inanimatum.

℗ Tertio vel huiusmodi corpora si non mouentur a se mouentur actiue a locis ad que tendunt. Sed hoc non quia tunc velocius moueretur graue in⁹ versus centrum qꝫ maius ceteris paribus quod patet esse falsum cōsequētia ꝓbatur vt supra Itē quia talis motus esset attractionis vt patet sed in tali motu non potest moueri aliquid distans a mouente nisi moueant̄ omnia media vt notum est et sic sequitur ꝙ qñ modicus ignis hic genitus ascenderet omnia corpora media vsqꝫ ad cōcauū celi ascenderent et econuerso si graue perpendiculariter descenderet omnia media simul descenderent quod ē inconueniens et ex hoc sequitur ꝙ pars ignis tangens celum igne ascendente deberet ascēdere vel ꝯdensari et per cōsequens tota spera illa.

℗ Quarto ad idem in omni attractione vera necesse ē attrahens cū attracto moueri vt habetur 7ª phi. et per ꝯñs oporteret ꝙ celuꝫ ascenderet quod est falsum Et si dicatur ꝙ quedam attractio est attrahente quiescente vt est attractio ferri a magnete dicendum ꝙ nūqꝫ attrahens quiescens mouet proprie et actiue sꝫ potius metaphorice per modū finis vt dicit ꝯmē. 7º. phi. cōmēto 10.

℗ Quinto vel mouentur a medijs in quibus sunt et hoc non quia tunc idem actiuū naturale per se moueret ad plures differentias positionis et secūdū cōtrarios motus quod repugnat actiuo nāli q2 est ex se determinat⁹ ad vnū gº Cōsequētia ꝓbat̄ Nā ꝑ eandē partē medij ꝑ quā leue ascēdit ꝯtigit graue descēdere ꝛ ecōtra et sil'r dū ꝑ vnam ascendit leue ꝑ aliā similē penit⁹ ꝛ ꝓpinquā ꝯtigit graue descēdere Itē si sic aut eadē ps medij ꝯtinue moueret corp⁹ motū a ꝑricipio mot⁹ vsqꝫ ad finē aut alia post aliā Sicut multi dicūt accidē ī motib⁹ ꝓiectoꝝ Primum non potest dici qm̄ tunc sequeretur ꝙ cū graue generatū superius in aere puta grando vel nix descenderet aliqua pars aeris ab illa superiori regione vsqꝫ ad terram descenderet. quod nō cōueniēter dicitur Nec secundum q2 tunc qꝫto illud magis descenderet tanto tardius moueretur quod est falsum. consequentia patet quia ī tali motu secundum mouens minus mouet qꝫ primum et 3ᵐ qꝫ 2ᵐ et sic deinceps vt patet in proiectis. Item aut mouetur a medio tanqꝫ a motore primo non moto ab alio aut tanqꝫ a motore secūdario Nō secundū quia tunc oporteret assignare quis esset ille motor prior. Preterea nos hic de tali motore primo inquirimus Nec primum qm̄ a quacunqꝫ ꝑte medij ponatur graue superius genitum moueri siue ab ea que est supra ipsum siue ab ea que est sub ipso siue a laterali sequitur ꝙ illa ex se moueatur deorsum et ꝑ consequens ex se mouetur contra suam naturā qđ repugnat Et ex hoc sequit̄ ꝙ motus nō ē violent⁹ vt puta ipsius aeris deorsum.

℗ Sexto arguitur ꝙ graue non mouetur īmediate a generante qm̄ ignis aliquādo generatur ex ꝑcussione silicis a ferrum et tamen non mouetur ab eo sursum. Item illud quod produxit istum lapideꝫ est corruptum a centū annis ergo ab eo non mouet̄ iste lapis deorsum. Tenet consequentia quia mouens est simul cum moto et nichil mouet effectiue nisi sit quia inter mouens realiter et motum est relatio realis quia mouere dicit ens reale ꝛ sequitur est mouens ergo est.

℗ Septimo aqua alterat seipsam reducēdo se ad frigiditatem effectiue per suam naturam ergo mouet se. Item aqua frigefacit digitum positum in ea qñ ipsa frigefit ergo potest seipsā alterare quia frigefactibile est obiectuꝫ sue actionis ergo potest in omne frigefactibile si dicas sicut de vino qđ calefacit hominem tamen non calefacit se quia agēs debet esse approximatum passo modo idem nō approximatur sibi ipsi Contra dato ꝙ ignis et aqua essēt penetratiue adhuc ignis calefaceret eā ergo non requiritur distinctio secundum situm. Item sequeretur ꝙ lapis productus a solo deo non posset naturaliter moueri nisi ab ipso solo deo quia non potest moueri nisi a generante.

℗ Octauo forme est agere sed graue habet formā ergo mouet se Postqꝫ generans est corruptum Si dicas ꝙ mouetur ratione impresse virtutis. Contra illa virtus est accidens sed accidēs non mouet nisi virtute substantie. ergo ibi est aliqua subā mouens. Item eodēmodo posset dici ꝙ animata non mouent se quia non possunt mouere se nisi per virtutem quam acceperunt a generante. Item inanimata sunt corruptibilia. ergo sine extrīseco possūt moueri motu corruptionis. Item grauitas non tm̄ est qualitas passiua sed actiua patet quia ipsa posita in lapide videmus ipsuꝫ moueri omni alio remoto, vnde si lapis fuisset ab eterno tunc nō haberet generans et tamen moueretur ergo nunc non mouetur a generante sed a grauitate alias forme naturales non haberēt proprias operationes.

℗ Nono Ex hac opinione sequit̄ ꝙ phisice nichil potest probari esse cā effectiua alterius quia videmus ꝙ posita grauitate remoto impedimento res mouetur Et tamen secundum hanc opinionem nō sequitur ꝙ grauitas sit causa effectiua ergo eodem modo dicā ꝙ ignis non calefacit effectiue digitum meum. Item potentie secundū. S. T. fluunt esse

ctiue ab ipsa forma sed in inanimatis sũt potentie ergo aliqd producũt in se effectiue. Item pr. phisi. t.c.85. dicitur ꝙ grauitas et leuitas sũt forme contrarie et actiue. Et si dicatur 2° de generatione dicit oppo^m dicit ꝙ diuersimode phũs loqtur de actione. sed quicquit sit calditas ẽ actiua ergo calidum potest calefacere se sicut aliud qꝛ calor indifferenter agit in qcumqꝫ passũ capax caloris.

Decimo causa in actu ꝛ effect⁹ in actu sũt simul sed generãs nõ est simul in actu semp cum eo quod mouetur vnde quãdo per ignem corrũpitur bos et generat cadauer mirũ videtur ꝙ illud cadauer moueatur deorsũ ab ipso igne. Item lapis effectiue aliqñ frangit trabẽ et mouet illud quod ẽ sibi alligatum et vnum graue mouetur velocius alio ergo graue non tñ mouetur effectiue a generante sed a se et sic tenet petrus de aluernia predicator et s.t. 1°. celi lec.18. dicit ꝙ licet graue i pncipio mouetur a generãte non tñ postea qꝛ mouẽs per se proximũ est simul.

Undecimo arguitur auctoritate s.t. de po.q.5. ar.5°. ꝙ motus celi nõ est hoc modo naturalis celesti corpori sicut motus elemẽtaris corporis est sibi naturalis qui habet in mobili pncipium materiale formale et actiuũ. Motus autẽ celi dicitur naturalis a principio passiuo tãtum Idem habetur li.4°. cõtra gẽ. in vltimo capitulo licet in 2°. sentẽci. d.14 ar.3. et in isto s. aliter videatur dicere.

Duodecimo arguitur ꝙ animata non mouẽtur a seipsis qꝛ anima mouetur ab appetibili vt patet in 3. de anima et ar. precedente Item tunc idẽ esset in actu et in potentia qꝛ mouet secũdum quod est i actu et eodẽmodo pbaretur ꝙ voluntas nõ mouet se ad sui actum et ꝙ anima non producit effectiue suas potentias qꝛ alias aliquid moueret a seipso.

Ad primum dicẽdum ꝙ hec disputatio videtur esse partim ad nomen vnde dicit ꝙ graue inanimatum habet pncipium actiuũ instrumentale sui motus sed non pncipale et causa est quia inanimatũ non potest formare formã suam que sit pncipiũ motus animata vero excogitant per intellectũ vel sẽsum aliquid ratione cuius mouentur ad diuersa loca. Sed tunc queritur de animatis aĩa vegetatiua tñ que mouent se motu augmẽti Alii dicunt ꝙ inanimata nõ mouentur a seipsis quia licet motus eorum sit a forma eorum tamen forma eorũ non p se subsistit ideo non dicitur pprie moueri Sed cõtra forma equi non p se subsistit ꝛ nichilomin⁹ equ⁹ dicitur moueri a se S. T. i opuscu. dicit grauitatẽ aliqñ dici pncipiũ motus inq̃tũ scꝫ est instrumetũ pncipalis mouentis aliqñ vero passiuum quia scꝫ est effect⁹ generãtis ꝛ de ve.q.24.ar.1. dicit ꝙ grauia mouẽt seipsis sꝫ nõ a seipsis Quidã dicũt sub alis verbis ꝙ graue habet pncipiũ sub actiuũ nõ autẽ actiuũ scꝫ pncipale Uel grauitas cõsideratur dupliciter Uno modo vt refertur ad generans cuius est participatio quedã et sic efficit motũ Aliomodo scdm se Et sic nõ efficit ipsũ Tunc dr̃ ad argumentum ꝙ graue genitum a celo mouetur ab ipso secundum pportionẽ mouentis instrumẽtal'is. Et per hoc patet ad aliud. Et si dicatur quare aliquando magis mouet mobile genitũ ad vnam partem q̃ȝ ad aliam. Et quo⁹ diuersa mobilia mouet ad diuersa loca Dicendum ꝙ celum est mouens equiuocum et secundum diuersas virtutes quas imprimit diuersimode mouet.

Ad 2^m satis patet ex dictis ꝙ ibi nõ est talis expulsio sed impressio virtutis a generante.

Ad 3^m patet ꝙ non procedit ad intellectum.

Et similiter ad 4^m et supra reprobat⁹ est ille modus de motu ferri ad magnetẽ. Similiter pꝫ ad quintum.

Et ad sextum difficultas est quando aliquid generatur per accidẽs An moueatur ab illo generãte per accñs Et dicendũ est ꝙ sic vel recurrendum est ad generãs per se Et licet generans illud forte non sit tñ sua virtus est Ad aliud dr̃ ꝙ in principio motus mouens et motũ sũt simul vel hoc intelligitur quando aliquid mouetur de potẽtia essẽtiali idest quando generatur. Sed de hoc in septimo dictum est.

Ad 7^m dicendum est de aqua sicut de graui Ita ꝙ alterans quod est ipsum generans aquam sed alterans quo est forma eius Et si dicatur Ponamus ꝙ illud generãs sit luna quomodo ergo ipsa potest frigefacere aquã in tanta distãtia plusq̃ȝ alias res supponendo ꝙ aer medius sit calidus. Dicendum ꝙ hoc est propter alterans quo Et si dicatur ꝙ alii propter hoc dicunt aquam seipsam frigefacere Dicendum ꝙ disputant de nomine. Et per hoc patet ad 8^m.

Ad 9^m. patet per idem. Et magis patebit in 2° de anima Potẽtie enim nõ sunt a forma per transmutationem sed simplicem emanationem.

Ad decimum dicitur sicut de generatione hominis qui non proprie genetatur a semine sed ab alio homine per semen et patre mortuo dicitur ꝙ generans est in actu scdm suam virtutem. deinde dicitur ꝙ graue frãgit trabẽ instrumentaliter Generans autem pncipaliter. Et ita etiã graue secũ mouet leue alligatũ Sȷ dicatur si generans sit causa. ergo fortes occideret platonẽ supposito ꝙ cadauer productũ per occisionẽȝ fortis post tres annos cadat supra platonẽ Forte ꝙ fortes nõ per se produxit illud cadauer sed q̃ritur a quo mouetur aĩal qñ mouetur naturaliter deorsũ videtur ꝙ a generãte vñ. S. T. dicit ꝙ motus cordis est a generante. Deinde dicitur ꝙ vnum graue mouetur velocius propter mouens instrumentale. Ad alia satis patet ex dictis.

Ad 12^m tñ dicitur ꝙ animal mouetur ab extrinseco tanq̃ȝ a mouente remoto quod est appetibile Et ad alia dicetur postea Non enĩ inconuenit ꝙ idem scdm diuersa sit in actu et in potẽtia vnde a quibusdam dicitur ꝙ volũtas ad primũ volitũ mouetur a solo deo et non a se Facta aũt sic in actu mouet se ad aliã volitionem. Sed hoc videt difficile ad hoc em̃ ꝙ aliquid sit volitio vel actus volũtatis. Oportet voluntatem concurrere alias non esset actus

eius. Item aliquādo prima volitio est mala vt siq̄s primo apprehēdat diuitias tāq̄ summū bonū ⁊ eas sic velit. Si dicat si volūtas causet effectiue suum primū actū ergo idē est in actu et ī potētia scd'm idē q2 nichil mouet nisi secūdum ꝙ est ī actu mouetur autē vt est ī potētia et in isto fūdatur ratio phi. ad ꝓbādum vnū ens īmobile. Sed de his in secūdo de anima vbi īquiret a quo mouetur voluntas. Si enim moueat se videtur ꝙ relationes opposite sunt in eodē scz mouēs et motū imo eiusdē ad seipsū eēt relatio realis scz actio ꝙ autē primū sit īcōuentēs patz q2 eē relatiui est ad aliud se habere.

Ad 4m. sic ꝓceditur videtur ꝙ non oē mouēs seipsū sit diuisibile ī partē p se mouētē ⁊ in ptē p se motā q2 celū mouet seipsū et tamē nō diuidit ī ptem mouētem et in ptem motā ergo. Forte negas maiorē q2 mouēs se potest quiescē ex se et moueri ad diuersas differētias positionis p phi. hic de animatis. Itē secūdū veritatē nō ē animatū sz hoc est ꝯtra phi. dicētem hic ꝙ ē dare primū motū ex se scz celū. Itē homo mouet seipsū et tamē nō sic diuiditur cū aīa sit tota in toto ⁊ ī qualibet pte igr. Sz cōtra est philo.

¶ Respōdeo dicēdū ꝙ postq̄ philo. detminauit ꝙ oē quod mouet ab alio mouet ꝯsequēter detminat ꝙ deueniēdū ē ad vnū primū mouēs mobile. Pro cuius declaratione hanc ponit diuisionē mouētium q2 quoddā ē quod ꝟtute ꝓpria mouet ita ꝙ nō habet virtutē mouēdi ab alio. Aliud est quod mouetur nō ꝟtute ꝓpria sed īnq̄tū ab alio mouet vt baculus mouet lapidē p hoc ꝙ a manu mouetur que etiā mouetur ab hoīe sed homo mouet nō q2 ab alio moueatur ⁊ ideo dr mouēs ꝓpter seipsū et tale debet dici mouēs primū quod q̄nq̄ mouet p plura media vt homo potest mouere lapidē p manū et baculū. Secūdo q̄nq̄ p vnicū mediū vt hō sola manu potest mouere lapidē ⁊ hec mouētia media que nō habēt virtutē mouēdi nisi p hoc ꝙ ab alio mouet sūt mouētia secūda et ideo dicūt īstrumēta ⁊ magis mouet primū mouēs q̄ secūdū q2 primū mouēs mouet secūdū ⁊ nō ecōtra. Et etiā secūdū nō potest mouere sine primo a q̄ habet ꝟtutē mouēdi sed primum potest mouere sine secūdo.

¶ Cōclusio prima ī ordine mouētiū dabile ē vnū quod non mouet ab alio sed si mouet hoc ē a seipso ꝓbatur sic q2 si nullū mouēs moueret nisi p hoc ꝙ ab alio mouetur sic esset ꝓcessus in īfinitū in mouētibus ⁊ sic nō esset dare primū mouens ⁊ p ꝯñs nec secūdū q2 secūdū nō mouet nisi ꝟtute primi igitur

¶ Cōclusio 2a. necesse est esse vnū mouens quod nec mouetur a se nec ab alio et sic nō omne mouēs mouetur patet q2 si omne mouens mouet sic ꝙ nullum mouens moueret nisi motū vel hoc cōueniret mouenti p se vel p accidens si per accidens cum id quod ꝯuenit alicui per accidens nō de necessitate ꝯueniat sequit ꝙ potent non cōuenire sed possibili posito in esse nō seqtur īpossibile. Ponatur ergo aliquod mouens quod non moueat ergo nō omne mouēs mouet. Uel si dicat ꝙ seqt īcōueniens scz ꝙ non mouebit ergo nō erit mot9. Scd'o q̄cunq̄ aliqua duo sibi accidūt si vnū repiatur sine alio. et alterū sine illo. dū tñ vtrūq̄ vtriq̄ accidat quod dr ꝓpter materiā et formā subām et accidens. Si ergo mouere et moueri sibi inuicē accidant poterit dari mouēs siue mobili. Si vero dicat ꝙ oē mouēs p se moueatur ex necessitate. sequūtur mlta incōueniētia primo vel mouet ⁊ mouet eadē spē mot9 vel secundū vnā mouebit et scd'm aliā moueretur. Si dicatur primū tunc descēdendo vsq̄ ad spēs spālissimas mot9 seq̄retur ꝙ docēs geometriā addisceret geometrā et sanans sanaret ⁊ proiciēs proiceretur q̄ oīa sunt incōuenīētia Naz de rōne discentis est habere sciam quā docet et de rōne addiscentis est non habere illā. Itē nichil mouet nisi scd'm ꝙ ē in actu et nichil mouetur nisi secundū ꝙ est ī potē^a Sz impossibile est idē esse ī actu ⁊ in poten^a ergo impossibile est idē mouere et moueri p se scd'm eandē spēm mot9 Si ꝟo dcatur secundū mēbrū scz ꝙ scd'z vnam spēm moueat ⁊ secundū aliā moueat. cuz nō sint infinite spēs mot9 sicut neq̄ infinite spēs rez scd'm quas est motus seqtur ꝙ tandē deueniret ad aliqd mouēs quod nō moueretur scd'z aliquā spēm mot9 ⁊ sic haberetur mouēs īmobile et non oē mouens p se de necessitate moueret. Nec valet dicere ꝙ cum deficerent oēs species mot9 fieret reditus ad primā vt si primū motū moueatur localiter distributis oībus specieb9 mot9 p diuersos motores motor qui erit residu9 mouebitur itez motu locali. Cōtra hoc replicat aristo. q2 sic idez est dicere ac si diceret idē mouere et moueri scd'm eandē spēz motus q2 vt prius dictū est primū mouēs magis mouet q̄ scd'm et ita vltimū magis mouet in virtute primi q̄ proximum ⁊ tñ sic capiendo primū mouens moueret secundū eandē spēm mot9 qua aliqd eoz moueretur ergo moueret ⁊ moueret scd'm eandē spēm motus quod est idē dicere ac si diceret docēs adiscere ⁊ sanans sanari ⁊ edificās edificari quod est impossibile ergo non oē mouēs p se mouet nec semp mouet p hoc ꝙ ab alio mouetur ḡ īpossibile est oē mouens mouere p hoc ꝙ mouet eo ꝙ p accidens sibi ꝯuenit et sic aliqd pōt mouere absq̄ hoc ꝙ moueatur et p consequens mouens īmobile.

¶ Tertia ꝯclusio. t.c. 41. Oē mouēs seipsū est diuisibile in ptem p se mouentē ⁊ in ptē per se motā patz q2 si aliq̄s seipm moueat. vel totū primo et p se mouet totū vel vtraq̄ ps mouet aliā reciproce vel q̄libet ps mouet seipsā vel vna ps mouet ⁊ non mouetur ⁊ alia mouet et nō mouet nullū priorū triū pōt dici gº relinqtur 4m membrū Nec opz huic diuisioni addere hec duo mēbra scz ꝙ totū moueat partez vel pars totū q2 īprobatis 1º ⁊ 3º mēbris satis īprobātur hec duo Pars eñ nō pōt mouere totū nec totū ptem quī vna ps moueat seipam īprobatur ergo primū mēbruz. primo sic cū idē sit actus ī nūero mouentis ⁊ mobilis si totū primo et p se moueat totuz illud scd'm eundē motū in nūero moueret ⁊ moueretur puta idē scd'm eandē sanitatē in nūero sanaret et sanat qd est īconueniēs q2 mouēs ⁊ motū quandā oppōnē īportant siue habēt ideo si aliqd mouet et moueat necessario opz ꝙ illi9 sit alius mot9 nūero quo mouet et alius q̄ mouetur sicut est ali9 mot9

nūero q̄ꝛ bacul⁹ mouet lapidē ⁊ quo mouet̄ a manu
Scd̄o sic. Oē mobile mouet̄ scd̄m q̄ est i poten^a cū
ergo nichil reducat se de potētia i actū opꝫ mouēs
esse in actu quodāmō scd̄ꝫ id ad qd̄ mouet mobile ⁊
ad quod mobile est in potē^a Sꝫ nichil idē inq̄ʒtū id
est in actu ⁊ in poten^a ergo nullū totū pōt ꝑ se mo-
uere seipm̄ Dr̄ aūt mouēs esse in actu q̄dāmodo q̄ꝛ
aliter est i actu mouēs vniuocū in q̄ est forma scd̄m
eandē rōnem q̄ recipit̄ in mobili et aliter mouens
equiuocū in quo nō est forma secundum eandem ra-
tionem vt recipitur in mobili sꝫ scd̄m quandam vir-
tutē superiorē. Nec pōt dici scd̄m membrū pꝫ p̄rio q̄ꝛ
si vtraq̄ꝫ ps aīalis mouest reciproce vna ps nō est
magis mouēs q̄ alia et tn̄ primū mouēs magis mo-
uet q̄ scd̄m ⁊ ibi non erit dare primū mouens ergo
nec scd̄m ⁊ ꝑ ɔ̄ñs mouēs seipsū nō esset ꝓpinquius
primo principio mot⁹ q̄ illud qd̄ mouet̄ ab alio. Et
tn̄ pri⁹ dicebatur q̄ mouēs seipsū est primū i ordīe
mouentiū. Scd̄o si mouētis seipsū ps q̄ mouet ab
alia moueatur Moueri nō pōt sibi ɔuenire nisi per
accidēs q̄ꝛ si per se sibi ɔueniret tūc nō moueret ni-
si per hoc q̄ moueret̄. Sꝫ quod mouet ꝑ hoc q̄ mo-
uetur ꝟtutē mouēdi hꝫ ab alio tn̄ et ita seq̄tur q̄ id
per se moueret ⁊ moueretur eodē motu quod īpro-
batū est Si ergo ps mouēs moueat̄ ab alia pte hoc
sibi nō ɔuenit nisi per accñs ergo pōt nō inesse ⁊ sic
mouētis seipsū esset ps tn̄ mouēs ⁊ pars mota tn̄
Tertio Si mouentis seipsū pars q̄ mouet ab alia
moueatur sic q̄ nō moueat nisi inq̄ʒtū mouetur cū
moueri sibi ɔueniat ꝑ accñs seq̄tur q̄ sic posset non
moueri et per ɔ̄ñs potent nō mouere ⁊ sic penitus
tolleretur motus qd̄ est īpossibile. Nec pōt dici 3^m
membrū p̄rio q̄ꝛ si aliquod totū mouest seipsuꝫ vel
mouere sibi attribueret̄ rōe alicui⁹ ptis q̄ seipsam
moueret ⁊ sic totū nō esset primo mouēs seipsū. Sed
illa pars sola. Vel sibi ɔueniret rōne toti⁹ ⁊ sic nul-
li parti ɔueniret mouere se nisi ꝑ accñs quare cū in
ipso toto sit aliq̄ ps q̄ moueat et alia q̄ moueatur cū
illa q̄ mouet nō moueat se nisi ꝑ accidens seq̄tur q̄
est per se īmobilis Scd̄o si mouēns seipm̄ quelꝫ ps
seipsā moueat vel vna pars seq̄tur q̄ ipsū totū nō
erit primū mouēs seipsū totū ymo sīla ps tn̄ ⁊ cum
in mobili seipsū totū nō moueat totū vt dictum est
oportebit in illa pte dare vnā ptē q̄ moueat et non
moueat̄. Et sic erit ꝓcedere in īfinitū ergo in oī mo-
uente seipsū est ps mouēs ⁊ īmobilis et pars mota
que nō mouet ⁊ sic seq̄tur 4^m mēbrū diuisionis Sꝫ
obiciscitur ɔtra hoc quod dictū est in vltīa rōne scꝫ
q̄ in mouente seipsū est dare tn̄ duas ptes scꝫ per
se mouentē et partē ꝑ se motā q̄ nō mouet Nā aīal
seipsum mouet et tamen in eo est aliqua pars mo-
taque etiam mouet vt nerui et musculi quibus me-
diantibus anima corpus mouet Respondet aristo-
teles q̄ licet in aliquo mouente sint tres ptes mo-
do p̄dicto tamen in primo mouente seipsū sunt tn̄
due quarum vna mouet tn̄ et alia mouetur tantuꝫ
que nichil mouet q̄ sit pars totius mouentis lꝫ pos-
sit mouere aliquod extrinsecū ꝓbat ari. si totuꝫ a.
b c. sit mouēs seipsum ita q̄ a. moueat tantum et b.
moueatur tantum et c. moueat ⁊ moueatur tunc re-
moto ipso c. adhuc a b. mouebit seipsum quare hoc
totum a b c. non erit primū per se mouēs seipm̄ sed
hoc totum a b. cuius vna pars mouet tantum ⁊ alia
mouetur tantum quare ⁊c.

¶ Et notandum q̄ in celo cuius motor est indiuisi-
bilis secundum naturam nec motor est extēsus ad
extensionem mobilis et per consequens nec diuisi-
bilis facile est dare primum mouens non motuꝫ sꝫ
in animalibus imperfectis annulosis i quibus ꝑs
mouens quodāmodo est extensa continue et diuisi-
bilis sicut ipsum mobile ibi vt videtur non potest
dari primum mouens seipsuꝫ. Nam pars separata
a toto adhuc seipsam mouet igr̄ dicitur q̄ in talib⁹
est tantum vnū primū mouens seipsū scd̄ꝫ actuꝫ sꝫ
sunt plura scd̄m potentiā Dicitur vltra q̄ mouens
ē ɔtinuū ⁊ extēsū ⁊ inq̄ʒtū ɔtinuū ē diuisibile i īfini-
tū nec ꝑ diuisionē aufferri potest nā ɔtinui tn̄ inq̄ʒtū
nāle repugnat ei cū q̄libet ꝟt⁹ nālis req̄rat determi-
natā q̄titatē aq̄ si deficiat nō plus habebit opatio-
nē i materia. Et si q̄rat̄ q̄mo° i mouēte seipsū se ha-
beāt ptes p̄dicte Respōdet philo. q̄ ex ipsis nō fit
vnū ɔtinuitate q̄ꝛ mouēs et motū nūq̄ sūt vnifor-
mis dispositiōis sꝫ fit vnū ꝑ ɔtactū. Et hoc duplicit̄
vl̄ abo sūt corpora ⁊ sic mutuo se tāgūt vl̄ mouēs ē
icorporeū q̄ꝛ motū sēp ē corp⁹ ⁊ sic pars mouēs tā-
git partē moti methaphorice .i. secūdū ꝟtutē et nō
tactu ꝓprie dicto. Ex hoc q̄dā opinat̄ q̄ aīatū non
ē ɔtinuū sꝫ ɔtrs tūc ibi essent mlt̄a animalia S. T.
T. C. 44.

¶ Cōtra hec ar̄. Primo ostēdēdo q̄ cā p̄ria nō sēp
plus īfluat q̄ cā secūda q̄ꝛ mot⁹ celi ē p̄ria cā cale-
factionis vt supra dictū ē ⁊ tn̄ calefactio aliq̄n plus
ē ab igne q̄ a motu celi. Itē effect⁹ plus assimilat̄
cause ꝓxime q̄ prime q̄ plus īfluit ꝓxima añs ptꝫ
q̄ꝛ hō plus assimilat̄ p̄ri suo q̄ soli. Itē de⁹ finite ɔ-
currit ɔcursu generali adquēlibꝫ effectū q̄ aliq̄ cā
creata potest plus ɔcurrere q̄ꝛ cā finita potest exce-
di ab alia cā finita nisi eni aliquod agēs creatū ex-
cederet ɔcursū dei generalē seq̄retur q̄ ignis non
posset corrūpere aquā que ī se habet ɔcursū dei ge-
neralē ꝑ quem ɔseruabatur.

¶ Secūdo angel⁹ mouetur ꝑ se et tn̄ nō diuiditur
ī ptē ꝑ se mouētē ⁊ ī ptē ꝑ se motā igitur maior ꝓba-
ta ē supra. Forte dicis q̄ āgel⁹ nō mouetur phisice.
Cōtrs tūc ex ꝓcessu phi. nō ꝓbaretur qui de⁹ pos-
sit moueri localit̄ eo° q̄ āgel⁹ mouetur localit̄. Dicit
etiā. s. t. ī 1. d. 37. q. 4. ar. 1. ad 4^m. q̄ āgelus ꝑ se mo-
uetur secūdum locum.

¶ Tertio Si mobile diuidatur in partem
per se mouentem et partem per se motam tunc
queritur de ista parte per se mota vel est materia
vel forma vel totum ɔpositū non duo prima quia ni-
chil ꝑ se mouetur nisi totum ɔpositum vt ptꝫ sexto
phisi. nec 3^m. q̄ꝛ totum ɔpositum non est pars. ergo
non est pars ꝑ se mota. Itē dictū est q̄ pars nō mo-
uet totū vt dicit S. T. 3°. t. ca. 42. Forte dicis q̄ ps
per se mota est vna pars integrales et pars per se
mouens est altera pars integralis. Contra in an-
guilla vna pars ītegralis nō videtur moueri ab a-
lia Alias post diuisionē partes nō mouerent̄ quod
est falsum.

¶ Quarto nulla pars necessario mouet ergo non mouet per se tenet ꝯña quia omne per se ē necessarium. Itē nichil agit nisi suppo^{m}. 1. metha. sed ꝑs nō ē suppositum ergo nō mouet ꝑ se

¶ Quinto arguitur ꝙ calefaciens calefit quia ferrum ꝑ se calefacit et tñ per se calefit ab igne. Item angelus mouet celū localiter et etiam mouetur localiter saltē ꝑ accidēs ad motū celi ergo nō ē inconueniens ꝙ mouens moueatur secūdum eundē motū secūdum quē mouet.

¶ Sexto dictū est ꝙ mouens seipsum per se primo habet tātū duas partes vt dicit S.T.. hic lect. ii. vnde animatū mouetur et mouet ratione duarū ꝑtiū quarꝫ vna ꝑ̄io mouet. sꝫ ꝯtra dictū est i 6° phi. ꝙ cōtinuū est in īfinitū diuisibile et ꝙ nō datur prima ps motꝰ ergo nō daꝛ pars primo mota nec pars primo mouēs ymmo dictū ē in 7°. ꝙ nichil ē primo mouēs seipsum cuius oppo^{m} dicit phūs hic. T.C. 44. dicēs ꝙ in primo mouēte seipsū sūt tātum due partes. Item dictū est ꝙ remoto ipso c. adhuc a.b. mouebit seipsū et ideo hoc totū a.b.c. non est primum mouēs seipsū. Sed cōtra eodēmodo ꝓbaretur ꝙ a.b. non ē primū mouēs seipsū qꝛ si aliqua pars auferaꝛ ab ipso b. adhuc residuum mouebit seipsuꝫ Forte dicis ꝙ a b. est minimū naturale sic etiam posset dici de a.b.c.

¶ Ad primū dicēdum ꝙ loquendo de causa primo simpliciter illa prius influit nec oportet effectum sibi magis assimilari vt dicit S.T. de veri. q.24. ar. primo ad 4^{m}. qꝛ alia ē ꝓpinquior. Ex hijs habetur ꝙ quicqd ē causa cause ē causa causati Ad aliud negatur cōsequētia.

¶ Ad 2^{m}. videatur ī sexto phisi.

¶ Ad 3^{m}. Propter hoc argumētū qdam ponūt plures formas ī eodē ꝯposito S.T. 1^{a}. parte q.76. ar. 4. ad 2^{m}. dicit ꝙ anima secūdū vim motiuā est pars mouēs. ꝛ corpꝰ aīatū est ps mota. Quidam dicūt ꝙ pars per se mouēs est pars ꝗtitatiua ꝯposita ex materia et forma qꝛ potenꝰ motiua asini est in ea subiectiue ꝛ nō in aīa gꝰ ipsa ꝑ se mouet. Sꝫ ꝯtra Materia nō mouet ergo nec illud ꝯpositū primo et ꝑ se mouet qꝛ quod primo mouet scꝫ quodlibet sui mouet. Itē illud ꝯpositū mouet ratione aīe q est natꝰa ergo non primo mouet

¶ Ad quartū negaꝛ ꝯña qꝛ per se 4° mō non opꝫ semp esse Ad aliud dꝛ ꝙ ꝯpositū ꝓprie mouet se ꝑ alterū et ꝑ se vt ly per se distinguiꝛ ꝯtra ꝑ accidēs.

¶ Ad 5^{m} dꝛ ꝙ aliqñ medicꝰ sanat seipsū sꝫ hoc nō est per se sꝫ an inueniēs scientiā doceat seipsū ꝛ sit magister sui dicit. s.t. ꝙ nō qꝛ eiusdē ad se nō est relatio realis. de veri. q.11. ar. 2°.

¶ Ad 6^{m} dicit. s.t. ari. hic loquitur de motu applicando ad determīatas naturas et sic in rebus daꝛ minimū quod est ꝑ̄io motū Et per hoc pꝫ ad alia dicta enī aliqd moueri ꝑ se ꝑ̄io scꝫ mīnimū naturale qꝛ non pōt dari minꝰ qd separatū moueat se.

Ad quintū sic ꝓcediꝛ videꝛ ꝙ motꝰ localis non sit primꝰ oīm motuū qꝛ ordo motuuꝫ seqtur ordinē terioꝝ cū motꝰ capiat speciē a termino sꝫ terminꝰ motus gñationis est prior terio motꝰ localis cū subā sit prior accidente. igr̄ Sꝫ ꝯtra est philo. in hoc 8. in q declaraꝛ Cathena aurea seu ierarchia omnium causarum vsqꝫ ad primam simpliciter.

¶ Respondeo dicendū ꝙ postqꝫ phūs ostendit ꝙ necesse est esse vnū primū motorē ꝑpetuū. ꝯsequēter ostendit ꝙ vnus motus potest esse perpetuus ꝛ quis oīm motuum sit primus Proqꝫ sit talis ꝯclusio

¶ Cōclusio prima Motꝰ localis est primꝰ oīm motuū pro cuiꝰ ꝓbatiōe supponit philo. ꝙ trīa sūt tres motꝰ scꝫ ad qualitatē q dicitur alteratio. Ad quātitatē qui est augmētatio vel diminutio ꝛ ad vbi q dicitur locimutatio. Tūc arꝰ sic Alteratio ē prior augmentatione ꝛ motꝰ localis est prior alteratione ergo motꝰ localis est prior. Maior pꝫ. qꝛ augmentatio fit adueniēte nutrimēto quod primo est dissimile ꝛ cōtrariū alito ꝛ efficitur simile. sed fieri simile non est nisi per alterationē. ergo augmentatio presupponit alterationē. Minorē probo dupl'r Primo ꝙ in omni alteratione requiritur alterās quod facit. potentia actu tale sꝫ hmoī alterās non semp eodē modo se hꝫ scđm ꝓpinquitatē et distantiā ad id qd alteraꝛ qꝛ sic semp vno ꝛ eodē modo alteraret quod ad sensū videꝛ falsū. Efficitur ergo qñqꝫ ei propinquius ꝛ qñqꝫ longius scđm ꝙ alteraꝛ. Sꝫ hoc nō fit sine motu locali igr̄ Scđo alteratio fit scđm passibiles qlitates inter quas scđm antiqs raritas ꝛ dēsitas sunt priores. Nā alie scđm istas distinguntur Sed raritas et dēsitas scđm istos sunt ꝯgregatio et disgregatio. Scđm aūt ꝯgregationes et disgregationes fiūt gñationes ꝛ corruptiones subārum Et in cōgregatione ꝛ disgregatione necesse est eē motum localē ergo motꝰ localis ꝓcedit gñationē ꝛ corruptionē que scđꝫ eos priores sunt talibꝰ alterationibus. Et circa hanc rationem Aduertendum est ꝙ si attendatur ordo passibiliuꝫ qualitatū ex parte materie verum est tunc ꝙ rarum et densuꝫ priores sunt si vero attendatur ex parte agentis calidū et frigidū sūt priores Aduertendū etiaꝫ ꝙ gñatio et corruptio nō sūt scđm aggregationē ꝛ disgregationem sꝫ hac opinione tanqꝫ ꝓbabili vtiꝛ phūs vsqꝫ quo eam reprobauerit in libro de gñatione

¶ Aduertēdū tertio ꝙ ꝯgregatio ꝛ disgregatio sūt motus locales vel saltē sūt scđꝫ motū localē si sint corpoꝝ existētiū actu sꝫ si capiantur aggregatio ꝛ disgregatio ꝓ rarefactione ꝛ ꝯdēsatione hoc mō non sūt motꝰ locales vt dictum est in principio nisi forte Sicut de augmento et decremento diceretur

¶ Scđo pꝫ ꝯclusio ex ꝑte modoꝝ prioris ꝛ posterioritatis tripliciter em̄ aliqd dꝛ priꝰ altero primo mō a q nō ꝯuertiꝛ subsistēdi ꝯña q scꝫ non existēte alia non sunt sed ipsū ē sine aliis. 2°. aliqd diciꝛ priꝰ secūduꝫ tpūs quod scꝫ remotius est a ꝑsēti nūc in ꝑterito vel propinquius est in futuro tertio dicitur prius scđm substantiam et sic actus prior est potentia et perfectum imperfecto probatur ergo conclusio Et primo secundum primum modum prioritatis quia necesse ē motū esse vel ergo ꝑpetuaꝛ qꝛ sēper est vnꝰ et idem motꝰ cōtinuꝰ vel qꝛ sunt infiniti motꝰ cōsequēter se habētes inter quos nō est mediū sꝫ primū

est dignius qr ꝯtinuũ est pfecti⁹ q̃ȝ ꝯsequẽter se ha-
bens et natura facit de possibilib⁹ qḋ dignius est ergo
mag⁹ ẽ accipiẽdũ est motũ ppetuari p vnũ q̃ȝ p plu
res ꝯsequẽter se hñtes sȝ solus mot⁹ localis põt eẽ
ppetu⁹ vt patebit ergo est prior aliis prio modo Item
non op; illud qḋ localiter mouetur moueri alio mo
tu sȝ nichil mouet alio motu nisi pexistẽte motu lo-
cali igr. 2⁹ pȝ de scḋo mõ qr ppetuũ pri⁹ est non per
petuo sȝ solus mot⁹ localis põt esse ppetu⁹ ergo

¶ Sed ꝯtra obiicitur vt ar̃ añ oppositũ. Ad quod
respõdet phus q̃ licȝ in vno et eodẽ motus localis
sit posterior tpe simplr tñ est prim⁹ qr ĩpossibile est
generabilia et corruptibilia esse nisi supposito mo
tu locali ⁊ si oia essent huiusmodi contigeret motũ
deficere et sic op; aliquod mobile esse ingñabile ⁊
incorruptibile inalterabile et inaugmentabile. cũ
motua semper sit causa generationis omniũ gene-
rabiliũ ⁊ corruptibiliũ ⁊ talis nõ potest eẽ alius q̃ȝ
mot⁹ localis. 3⁰ pbat q̃ sit prim⁹ 3⁰. m⁰ priora nã
priora via generationis sũt posteriora via pfectio
nis qr generatio pcedit de impfecto ad pfectũ sed
mot⁹ localis ĩ vno ⁊ eodẽ posterior ẽ vt dictũ ẽ opor
tet enim aliqd primo fieri deĩde alterari ⁊ augeri ⁊
vltimo moueri localr̃ igr̃ mot⁹ localis pfectior est
omnib⁹. Itẽ ille mot⁹ pfectior ẽ qui solũ cõuenit p
fectio sȝ sic ẽ de motu locali nã videm⁹ q̃ plãte que
sũt impfectiores aĩalib⁹ ⁊ adhuc ĩter aĩalia illa q̃
sũt impfecta nõ mouẽtur localr̃ nisi p accidẽs aĩa-
lia vero pfctã mouẽtur localr̃ igr̃. Itẽ ille mot⁹ ẽ
pfectior q̃ nichil variat de substantialib⁹ sȝ hoc so-
lum cõuenit motui locali igr̃. Ultimo pbat ꝯclusio
ex ordie mouẽtiũ qr mouẽs seipȝ ẽ primũ sȝ moueri
seipsũ maxime cõuenit mouere se motu locali ergo

¶ Cõtra cõclusionẽ arguit sic pbando q̃ mot⁹ lo-
calis celi nõ ẽ causa aliorũ motuũ nam stãte motu
celi si graue eẽt sursũ aut descẽderet aut ppetuo sta
ret violẽter ne... ẽ dicẽduȝ igr̃ ¶ Scḋo corruptio
nõ recurrit nature positiuã sed defectũ ꝯseruantis
igr̃ potest eẽ corruptio sine motu locali antecedẽs
patet dicẽte cõmẽtatore 2⁰. de generatione ignis
cum nõ mouebit per pñcipium mouẽs mouebit ad
corruptionẽ tñ et philo. nil fit nisi moueat corrũpi
tur autem cum nil mouet. ¶ Tertio dicit articu
lus parisien. q̃ cessante motu celi ignis nõ posset
cõburere stupã error. Item tempore iosue stetit ce
lum et fiebãt trãsmutatiões igr̃ Si dicas firmamẽtũ
mouebat tũc seqr̃ q̃ nõ fuit armonia ĩ aspectib⁹ ce
lor̃ et sol fuisset in alio signo q̃ñ tu dicis celos q̃escere
Cõtra tũc nõ fuisset tẽp⁹ ⁊ p cõsequens nec dies
nec illa dies fuisset lõgissima de hoc vide burgẽsẽ
sup bibliã ¶ Quito scḋm augustinũ stãte celo rota
figuli moueri possibile et per cõsequens esset mo-
tus et tẽpus igitur.

¶ Sexto dãpnati post diẽ iudicii patiẽtur ab igne
infernali sic q̃ alterabũtur nec est necesse recurrere
ad miraculũ ergo cessante motu celi potest eẽ alte
ratio maior patet qr cremabunt ab igne et S. T.
li. 4⁰ ꝯtra gẽ. ca 89. et ca. 90. dicit q̃ affligent pena
sensibili a ꝯtrarietate ignis Forte dicis q̃ nõ afflu-
gent nisi ex hoc q̃ apprehẽdent ignẽ tanq̃ȝ sibi no
ciuũ vel istrumentũ diuine iusticie h⁰ 2ᵐ est ꝯtra. s. t.
de veri. q. 26. ar. 1. qr istrumentũ non agit actionẽ
que ppriã naturã excedit nisi exercendo aliquẽ cõ
naturalẽ ⁊ hoc etiã reprobat in 4⁰ dis. 44 in vltio
articulo ⁊ est scḋa opinio. Itẽ sacramenta agũt in
aĩa scḋm cũ ergo ⁊ ignis realiter. Itẽ vel scḋm rei
veritatẽ est eis nociu⁹ vel nõ. Si p⁹mũ hẽtur intẽ
tum scȝ q̃ realiter calefacit eos. Si scḋm seqr̃ q̃
nõ est nisi quedã illusio et deceptio Hoc etiã est cõ
tra grego᷑ vt allegat. s. t. dicentẽ q̃ dãpnatus incẽ
diũ nõ solũ videndo sȝ experiendo patit. Si dicat
q̃ de facto calefiũt sȝ hoc est p miraculũ deo scȝ spe
cialiter agẽte hoc videt absurdũ q̃ de⁹ cũ illis pes
simis spaliter ꝯcurrat Forte dicis q̃ istḋ argumẽtũ
non pbat qui phisice loquẽdo oĩs mot⁹ depẽdet
a motu locali. Sȝ nobis sufficit probare q̃ scḋm rei
ꝟitatẽ non depẽdet. Quidã hic dicũt q̃ ignis ap-
prehenditur ꝟe vt nociu⁹ qr coacta detentio ei⁹ les-
dit eca' cap. ĩ 4⁰ dis. 44 sȝ queritur quid in eis cau
sat. Itẽ querit de hac coactione an sit act⁹ volunta
tis quidã dicit q̃ est nolle quo nolũt ibi esse sȝ ꝯtra
demones nõ ĩmobiliter adherẽt mediis. Nego q̃ñ
illud est mediuȝ necessariũ fini cui ĩmobilr̃ adhe-
rent Cõtra non esse ĩ illo loco nõ est mediũ per se
necessariũ ad finẽ quẽ demõ vult ergo nõ necessa-
rio vult ibi nõ esse sȝ hic est dubium. An ira que est
passio pprie dicta possit esse in homine dãnato qr
videt q̃ sit mot⁹ ⁊ ĩ corpe vide. s. t. de veri. q. 26. ar. 1.

¶ Septimo beati poterũt currere ⁊ ãbulare ⁊ cor
da eor̃ ꝯtinue mouebunt qr aĩal non põt viuere sñ
motu cordis. Item tũc vnus btũs posset proiicere
glebã terre sursũ ergo mot⁹ terre nõ depẽdet a mo-
tu celi Forte dicis q̃ mot⁹ q̃ depẽdent a voluntate
possũt esse sñ motu celi non aũt alii. Cõtra motus
localis est calefactiu⁹ ergo in btõ per ambulationẽ
põt causari calefactio ⁊ in dãpnato fatigatio Itẽȝ
in vno quoq; gñe est vnũ quod est primũ ⁊ causa ali
orum ergo mot⁹ localis volũtarius depẽdet a mo-
tu celi. Item seqretur q̃ dãpnatus posset ascende
re per aerẽ qr mouẽdo se sursũ nõ põt cadere deor-
sum nisi velit qr lȝ hẽat corp⁹ graue tñ motus suus
naturalis depẽdet a motu celi. Itẽ Si mot⁹ volun
tarius est p aerẽ. g⁰ aer põt diuidi ⁊ per ꝯñs corrũ-
pi. Sȝ corruptio vnius est generatio alterius

¶ Octauo ar̃. dato q̃ prim⁹ motus cessaret tũc oĩa
mixta corrũperent vel subito vel successiue. Et vi-
detur dicẽ. s. t. q̃ nõ subito in 2⁰ di. 2. q. 2. 3. opus. 10.
24. opus. 11. 11. opus. 53. 8ᵐ. 11ᵐ. 9ᵐ. Sed corruptio
vni⁹ est gñatio alteri⁹ g⁰ postq̃ȝ motus celi cessauit
aliqd põt corrũpi ⁊ aliud gñari. Itẽ celi inferiores
scḋm astrologos mouẽtur motu pprio ꝯtra motum
firmamẽti ergo ille mot⁹ nõ depẽdet a primo mo-
tu qui est in firmamento. Item quarto phi. motus ⁊
tempus sunt causa per accidens corruptionis er-
go cessante motu adhuc res posset corrumpi.

¶ Nono cessante motu celi sol causabit lumen in
istis inferioribus ergo agens naturale poterit age
re. Forte dicis q̃ illuminatio fit in ĩstãti et ideo nõ
requirit tẽpus nec motũ celi sicut cetera pducibi-
lia ideo qdam ĩfert q̃ beati post iudiciũ non odora-
bunt gariofila flores rosarum nec lilia conuallium
qr hec nõ erũt vide. S. T. de po. q. 5ᵃ. 10. 8ᵐ. et in

4°. sententiarū in istanti. Cōtra sic etiam aliqua frigefactio scđm phi. hic et S. T. lec. quinta ergo talis alteratio poterit esse cessāte motu celi. Item celum agit in ista inferiora p lumē ita ꝙ est causa generationis mixtoꝝ p lumē scđz sanctū T. 1ª. pte q. 61. ar. 2. et in tertio di. 13. ar. 3. et ad septi. ergo ista inferiora poterūt alterari et generari cessante motu celi.

Decimo si hec inferiora dependerent a motu celi hoc esset quia motus celi ē primus vt dicit S. T. li. 3°. ɔtra gē. ca. 81. sed hoc non quod pꝫ quia albedo est primus colorum ꝛ tamen alij non dependēt effectiue ab eo. Item falsum est ꝙ motus celi sit primus pfectione quia motus est eiusdem essentie cū termino ad quē. Sed terminus generationis ē forma substātialis que est perfectior ꝙ̄ ipsū vbi. Item motus celi est respectus ergo non est causa entiuꝫ absolutorum que generantur hic.

Undecimo motus celi non est aliud ꝙ̄ ipsuꝫ vbi quia omnis motus localis est essencialiter suus terminus sed firmamento quiescente ad se vbi ipsius manet quia firmamētum est in celo empireo. Item generatio est in istanti et tamen motus celi nō est in instanti ergo motus celi non cōcurrit ad generationem. Item S. T. 1. parte dicit ꝙ celum empireum habet aliquam influentiam in istis inferiorib⁹ vnde dicit q. 66. ar. 3°. ad 3m. ꝙ influit virtutem cōtinendi et creandi et tamen non mouetur igr̄. Itē respectus non est principiū actionis sicut neqꝫ terminus vt patet 5°. phi. sed motus ē respectus. Si enim motus localis esset quid absolutum puta locus sequeretur ꝙ esset in locante. Item si esset q̄d absolutū maxime esset qualitas vel ꝙ̄titas ꝛ quod cūqꝫ detur sequitur ꝙ est alteratio vel augmētatio. Item magnes attrahit ferrū licet nō moueatur ergo etiā celū potest agere sine motu. Item oīs mutatio instātanea est termin⁹ alicui⁹ mot⁹ vt dicit Cōmen. in sexto. Sꝫ cessante motu celi est mutatio instantanea scꝫ visio. Item mot⁹ localis non est necessarius nisi vt agens applicetur suo passo. ergo postꝙ̄ agens est applicatū dato ꝙ mot⁹ celi cesset adhuc potest agere vel actionē continuare vt dicit durandus qui inter species motus non ponit ordinem causalitatis nec sunt eiusdem generis ꝛ ideo dicit ꝙ non oportet dare primū hoc mō motus enī localis solus est de predicamēto vbi ꝛ nichil ponit in subiecto. in 2° dis. 15.

Duodecimo Mot⁹ localis est per se causa calefactionis ergo nō est p se cā frigefactionis. qꝛ idē nō est per se causa oppositoꝝ. Vn̄ mot⁹ localis impedit frigefactionē g° cessāte motu adhuc posset esse frigefactio. Itē motua celi nō pōt ɔcurrere nisi finite ad productionē alicui⁹ rei. Sed actio finita p aliud agens naturale potest suppleri ergo potest fieri p aliud agens naturale ꝙ ignis calefaciat. Forte cōcedis cū aduersarijs. Sed ɔtra tunc seqtur ꝙ non pōt assignari bona ratio naturalis quare puuli qui sunt in limbo non moriuntur ex quo tu concedis ꝙ motus corruptionis pōt esse sn̄ motu celi qꝛ posset cadere ab altissimo loco cessāte motu celi p ppriaꝫ voluntatē ergo posset se occidere ymo indigeret nutrimento nisi semp recurras ad miraculū. Item potest dubitari an motus celi sit propria mēsura oīm aliorū qꝛ videtur ꝙ tēpus sit mensura eoꝝ si dicas tēpus seqtur motū. Contra nō est idē mot⁹ celi apud oēs tn̄ est idē temp⁹. Itē pri⁹ ꝛ posterius in motu p̄supponit pri⁹ in tp̄e ergo temp⁹ p̄cedit motū. Añs pꝫ qꝛ vnus motus dr̄ prior alio qꝛ fuit in priore tp̄e nec est curandū an prius sit de rōne tp̄is qꝛ videt̄ ꝙ non. cū relatio nō est de essētia absoluti forte dicis ꝙ tpūs nō est ppria mensura mot⁹ qꝛ stat duos motus inequales esse in eodē tp̄e. Itē si temp⁹ mēsuraret cū etiā ipsū mensuret̄ aliqñ seqtur ꝙ in mensuris proceditur in infinitū vt qñ mēsuram⁹ lineaꝫ

Ad primū dr̄ ꝙ ibi non est pprie violentia quia non est natū descēdere nisi supposito motu celi vñ talis detent° licet esset contra naturā grauia. vt est hec. non tn̄ prout ɔparatur ad cām vniuersalē. Deīn dicitur ꝙ licet non esset ibi violentās effectiue bene tamen defectiue.

Ad scđm dr̄ ꝙ corruptio vni⁹ est gn̄atio alterius ideo reqrit virtutē positiuā. Sꝫ quereret̄ si de⁹ crearet bouē postꝙ̄ motus celi cessauit. An ille bos aliquādo moreretur. Et si sic sequitur ꝙ sine motu celi aliquid corrūpitur et gn̄atur qꝛ corruptio ei⁹ esset gn̄atio alteri⁹. Si nō ergo bos p se est incorruptibilis qꝛ si secluso extrīseco scꝫ motu celi non corrūperet̄. Videtur ꝙ nunꝙ̄ corrūperet̄ naturaliter sꝫ Cōtra nō posset respirare nec habere motū cordis qꝛ hec dependent a motu celi.

Ad 3m dr̄ ꝙ articulus loqtur cōtra negantes diuinā potentiā. Ad aliud dr̄ ꝙ mot⁹ solis non est primus motus de quo loquimur.

Ad 5m dico ꝙ mot⁹ volūtari⁹ pōt eē sn̄ celo vt dicit. s. t. de po. q. 5. Ad 6m dr̄ ꝙ aīe cruciāt̄ p motū detentionis. Et ad 7m dr̄ ꝙ mot⁹ cordis dependet ab aīa rōnali et nō a celo vt dicit. s. t. de po. q. 5. ar. 10. ad 8m Quidā ɔcedūt alia illata. Ad 8m dr̄ ꝙ celo cessante. mixta resoluūtur in clementa sine alteratione preuia vel si ibi sit alteratio hoc erit p motū celi cui⁹ virtus p aliqđ paruū tp̄ūa remanet. De luīe dicit. s. t. in. 2. di. 2. q. 2. ar. 3. ad. 2. ꝙ non agit nisi supposito motu vñ rabi moyses dicit ꝙ mot⁹ celi est sicut cor in aiali ꝛ phi. in principio octaui dicit ꝙ est sicut vita oībus existētibus. s. t. ibiđ. Notāduꝫ ꝙ aliqñ est difficile probare aliquid esse causā alterius qꝛ sol ꝛ hō generāt hoīem tn̄ hoc ɔteri⁹ negaret qꝛ de nocte sol est in alio orizōte tn̄ hō gn̄at̄ hic. Quidam tamen thomistatum opinantur ꝙ etiam cessante motu celi pōt esse vera alteratio ratione luminis. Et si dicatur contra eos ꝙ. s. t. videtur dicere oppositū in quarto sētentiarū. Respōdent ꝙ secūdū. s. t. tūc nullus esset motus introductiuus forme substātialis sed bene qualitatum. Sed contra forma non potest remanere in materia si secludantur dispositiones eius. Si ergo posset esse alteratio tunc sequitur ꝙ res poterunt corrumpi et generari. Iteꝫ contra. s. t. 2°. celi lec. 4. vbi propter hoc reprobat alexādrū et adheret simplicio. Iteꝫ motus localis est primus ergo transit alios scđm philosophum. Forte dicis ꝙ non oportet ꝙ prius sēper sit causa posterioris quia ī ordie substātiarū

intellectualiū natura angelica precedit aīaʒ rationalem. ⁊ homo est prior ceteris animalibꝰ. Et tamē non oportet ꝙ alia aīalia causentur ab eo Et ideo S. T. predictā ꝓpositionē negat quo. 3ᵒ. ar. 6. in solutione argumēti. Sed manifeste ibidē dicit ꝙ est verum in motu locali. Alia instātia habeꝛ de veri. q. 6. ar. 2. ad 13ᵐ qꝛ coloratū est prius homine tamē non est causa eius.

¶ Ad decimū ergo dicitur vnoᵒ ꝙ albedo quo ad suum formale quod est lux est cōstitutiua oīm colorum Deīde dicitur ꝙ motus localis est perfectissimus in esse motus licet habeat imperfectiorē terminū. Si dicatur ideo generatio hoīs est pfectior generatione equi quia habet terminū perfectiorē. ergo ita erit ī alijs motibus ꝙ scʒ ille est perfectior qui habet perfectiorē terim. Negatur cōsequentia cōparando vnū genus motus ad aliud. Motus vero localis est perfectior quia habet pfectiorē fineʒ scʒ mundi ꝯtinuationē Si dicatur posteriora gñatione sunt perfectiora. ergo motus diminutionis ē perfectior motu locali quia cōtingit aīal priua localiter moueri et augeri ꝙ̄ diminuatur. Dicendum ꝙ posteriꝰ generatione est pfectius qm̄ se habet vt finis ad precedentia. Sed queritur si primus motꝰ cessaret An ꝓpter eos alij celi quiescerēt. Et si non an ista inferiora quiescerent videtur ꝙ non qꝛ alij celi mouentur ab agente voluntario. Item queriꝛ an ignia sentiretur a forte cessante motu celi Ex q̊ non calefaceret eū. Dicendū ꝙ sic Sed an centum equi possent trahere currū Forte dicis ꝙ cessante motu nulla erūt mixta supposito tamē ꝙ miraculose deus ea ꝯseruaret. videtur dicendū ꝙ non. Nec est mirū ꝙ res sic dependeant a motu qm̄ in principio metheororū. dr̄ ꝙ per motū plumbū liquefit et videmus in lapidibus per motū generari ignē. Sʒ dices agens debet esse simul cum passo. sed motus celi non est simul cū istis inferioribus Nec aliquaʒ virtutem producit in aere medio. ergo nō agit effectiue in hijs que sunt supra terrā Forte dicis ꝙ in aere motus producit lumen hoc est falsum qꝛ lumē non producitur per motū. Dicendum ꝙ per motuʒ celum aliquid producit in aere medio.

¶ Ad vndecimū dr̄ ꝙ licet motus sit respectus tñ celū vt est sub motu hʒ aliquā actionē quā alias nō haberet. sicut approxiatio est respectus et tñ requiritur ad actionē agentis. De celo empireo videtur ex scdo sen. ꝙ nichil influit. Sed intelligendū est ꝙ non influit motum vel transmutationem Et ad alia dr̄ ꝙ motus localis primus nō est solū necessarius ꝓpter applicationē agētis sʒ ꝓpt̄ alios motꝰ.

¶ Ad 12ᵐ dr̄ ꝙ primus motꝰ est causa frigefactionis inq̄ʒtum est motꝰ sʒ tenendo ꝙ ab eterno fuerīt generationes vtrum aliquis motus localis precesserit quālibet generationem.

¶ Circa hec queruntur 5ᵉ. Primo An motꝰ circularis sit perpetuꝰ. Scdo An solus deꝰ sit imutabilis. Tertio An res habeat vltimū instans sui esse. Quarto An oē qd̄ reflectitur ī pūcto reflexionis quiescat. Quinto An proiecta moueanꝛ a medio.

Ad primum sic proceditur videtur ꝙ motus circularis nō possit esse continuꝰ et perpetuus Quia motus ꝯdiuiditur mobili sʒ nullū mobile potest esse infinitū igitur. Itez ar ꝙ nō solus circularis sit ꝑpetuus qꝛ gñationes et corruptiones sūt ꝑpetue vt pʒ in 2ᵒ de gñatione igr̄ In oppositū est phūs.

¶ Rńdeo dicendū pro declaratione q̄stionis supponendum est ꝙ omnis motus est ex opposito in oppositū siue ꝯtrarie siue cōtradictorie vt termini generationis ⁊ corruptionis sūt esse ⁊ non esse alterationis ꝓo qualitates contrarie augmēti ⁊ decremēti magnitudo pfecta ⁊ ipfecta Supponitur etiā ꝙ motus capit spēm a termino ad quē ⁊ contrarietatē.

¶ Respōdeo dicendum secūdum ph̄m T.C.68. et. f.t. lec. 17. istius octaui ꝙ res in aliquo instanti incipit et in aliquo instanti desinit Oportet autē assignare aliud instans in quo res generatur et aliud in quo corrumpitur vt quādo ex aere fit aq̄ ꝛ q̄n aqua corrumpitur Sed tunc querit̄ quādo ex aere fit aqua An tunc sit aer vel aqua et dicendū ꝙ instans transmutationis attribuendum est posteriori passioni ita ꝙ quādo ex albo fit nigrum tunc per aliquod totum temp⁹ res est sub albedine in istāti

terminatiuo est sub forma opposita. Ex quo infertur q forma precedens desinit esse per primum instans non esse. Sequens autem incipit esse per primum instans esse vt quando aer generatur ex aqua tunc per aliquod tempus est aqua. Et per aliud tempus est aer. Et in instanti medio illorum duorum temporum non est aqua sed aer. Si enim adhuc esset aqua cum ex aqua non fit aer nisi per transmutationem sequitur q instans datum erit vltimus terminus transmutationis aque cuius oppositum supponitur. Pro quo notandum est sicut ponitur in summulis q quedam res sunt successiue. Alie vero permanentes. Successiue sunt quarum partes non manent simul et loquor de partibus non communicantibus et de partibus sumptis secundum prius et posterius ipsius temporis vt motus et tempus. Alie sunt res permanentes vt homo lapis. Quidam distingunt res successiuas. Quedam enim sunt successiue secundum fieri. Et sic domus diceretur res successiua quia non fit in instanti secundum quaslibet partes alia est successiua secundum fieri et esse vt motus. Preterea Supponendum est q tales incipiunt per primum instans esse si sint res permanentes quod est dabile est vnum instans in quo illa res est et ante quod immediate non fuit. Res autem successiue incipiunt per vltimum instans non esse idest in quo non sunt sed immediate post erunt. Naturaliter autem omnis res si desinat esse desinit esse per primum instans non esse ita q nulla res habet vltimum instans sui esse. Sed loquendo de potentia diuina.

¶ Conclusio prima. Cuiuslibet forme et generaliter cuiuslibet rei causate possibile est a deo esse vltimum instans in quo illa sit. Et post quod nichil eius sit. Probatur quia nulla contradictio implicatur ex eo q vna res affirmatur esse in vno instanti et negatur aliquid eius esse in tempore sequente illud instans sicut clarum est. Nec etiam sequuntur ex hoc aliqua contradictoria sicut potest patere respondendo ad rationes quibus oppositum quis vellet probare declaratur etiam hoc quia non apparet q hoc magis implicet vel necessario inferat contradictoria quantum est ex se quam q aliqua vna res sit in aliquo instanti et non fuerit in tempore aliquo precedente. Sed istud secundum nequaquam implicat vel infert contradictorium cum sit etiam naturaliter possibile.

¶ Secunda conclusio. possibile per diuinam potentiam aliquam rem esse per vnicum instans sic q nichil eius fuerit ante illud instans nec aliquid erit post probatur sicut precedens quia scilicet non implicantur contradictoria in eo q aliquid affirmatur esse et negatur fuisse et fore. Confirmatur hec non magis implicant circa vnam rem impartibilem qualis est angelus vel anima secundum commune dictum quam circa rem habentem partes sicut cuilibet rationabiliter exquirenti occurrit scilicet aliquam rem partibilem contingit esse per vnicum instans sic q ipsa non fuit ante nec erit post vt si linea que nunc primo est pedalis incipiat minui ergo non implicat contradictionem q ita sit de vna re impartibili quo posito habetur propositum nec obuiat q rei partibilis aliquid eius prefuit et aliquid sit futurum quia hoc non obstante ipsa tamen non fuit neque erit quod non contingeret si talia enunciabilia secundum se essent incompossibilia vel incompossibilia inferrent.

¶ Preterea non plus includit repugnantiam q aliquod subiectum sic habeat in aliquo instanti vnam formam partibilem q nichil illius prehabuit vel sit habiturus quam q aliquod corpus sic habeat in aliquo instanti vnum locum q nichil ipsius prehabuerit vel habiturum sit. hec vt puto nulli debet esse dubia quoniam nulla adduci potest contra primum quin eque euidenter vel euidentius adducatur contra secundum. Sed secundum est possibile per diuinam potentiam. Nam si aliquod corpus transferatur per diuinam potentiam de loco ad locum in instanti sicut esse possibile non debet esse dubium confitenti infinitatem diuine potentie quod. Confirmatur etiam quia si graue existeret sursum et totum medium subito a deo glorificaretur dote subtilitatis quod esse possibile nullus christianus negauerit illud graue eodem instanti esset transmutatum deorsum nam sicut secundum philosophum contingeret si totum medium in instanti esset annichilatum et est eadem ratio vtriusque quia scilicet in neutro casu haberet aliquod resistens vel impediens dicens. Quocunque autem istorum dato habetur absurdum nam si instans presens sit instans in quo est talis indiuisibilis transmutatio. Corpus transmutatum nunc est in aliquo immo in quolibet loco sibi equali intermedio inter eum in quo prefuit et eum in quo remanebit. Signet ergo aliquis locus medius et sit a verum est dicere q illud corpus habet locum a et nichil eius prehabuit aut post habebit sicut patet. Igitur ita possibile est de aliqua forma et per consequens q illa forma sit per vnicum instans ad sensum premissum. Hec vltima gre. probatio non videtur esse ex veris. Preterea contingit aliquas propositiones esse veras per vnum instans tantum ergo non implicat contradictionem aliquam rem esse per vnum instans tantum. Antecedens patet in multis. Nam propositio enuncians aliquod corpus continue motum. Verbi gratia b. esse in aliquo loco demonstrato vt puta in c. est vera tantum in illo instanti in quo est in c. vt certum est et semper prius si fuit formata fuit falsa et similiter postea erit falsa ita de ea que enunciat aliquam lineam vel corpus esse rectum cum sit curuum ad vnam partem et trahitur vt curuetur ad oppositam sic q prius fuit rectum et in multis aliis posset exemplum dari consequentia declaratur quia quantum est de dispositione et forma propositionum non plus hee sunt incompossibiles a. est a. non fuit a. non erit quam hee a. est vera a. non fuit vera a. non erit vera nec curo vtrum veritas sit aliqua res absoluta.

¶ Tertia conclusio possibile est aliquam rem permanentem habere vltimum instans non esse quia deus potest q facere sortes quod nunc non est immediate post hoc erit. Ex hiis patet quando ex aere generatur aqua et in similibus non datur vltimum instans esse aeris nisi forte in instanti imaginario de quo non loquimur sed datur primum non esse et vltimum tempus vt alias dicetur ex s.t.

¶ Contra hec arguitur primo ostendendo in rebus successiuis q aliqua talis res possit habere vltimum instans sui esse quia hora non est infinita nec motus est infinitus ergo habet vltimum sui ergo habet vltimum sui esse et eodemmodo probatur q motus habet primum instans sui esse. Forte dicis q in motu non datur primum mutatum et ideo non potest habere primum instans sui esse. Contra articulo sequente dicens

tur q motus cōtrariari possit, p accidens cōtiguari ergo vltimū eorum sūt simul sic q vltimum mutatum vnius est simul cū primo mutato alterius. Item arguitur q successiuum habet primū instans sui eē q2 qn pulsat hora octaua dicimus q est octaua et ante non fuit octaua ergo. Secundo si null9 mot9 habe ret vltimū sui esse sequeretur q ois mot9 qui nunc est in petro post hoc erit sz pbo q nō supposito q petrus vniformiter moueatur q2 si omnis motus q nunc est in petro postea erit i petro z imediate post hoc petrus habebit motuz nouū sequitur q plures partes mot9 erūt simul z q petrus veloci9 mouebit q nūc moueatur. Item pono q lapis nūc diuidit i cipiat ita q nunc sit vnū non autē immediate post tunc verum est dicere motum lapidis nunc eē vnū quia mobile est vnū et tamen imediate post hoc non erit vnus ergo non erit ens quia ens et vnum conuertuntur.

¶ Itē ponatur q sortes sit in naui que mouetur z habeat sortes miraculose vltimū instans sui eē tūc verum est dicere q sortes nūc mouet quia est in naui que mouetur et tamen motus eius post hoc non erit. Forte dicis q naturaliter sortes desinit p primum instans non esse. Contra seqretur q in motu non daretur vltimū mutatuz eē cōpletum cōtra phi. 6°. phi. q2 ex quo sortes nō est in fine mot9 seqtur q mutatū eē ipsius motus nō sit.

¶ Tertio arguit q res permanens habet vltimū instans sui eē quia non durat in īfinitum ergo habet vltimū istans eē. Item auctoritate S. T. dicit enim in 1a.2e.q.113.ar.7.ad5. q in angelis quia nō subijcitur tēpori nostro est dabile vltimū instans i quo aliquid fit vnde dicūt quidā q angel9 in primo i instanti meruit z illud meritū tūc habuit vltimum instans sui eē q2 verū erit dicere nunc meritū āgeli est z post hoc nō erit. Itē ar eodēmodo de volitione hominis quia pono q petrus habeat volitionem i isto instanti et non velit eam continuare tunc verū est dicere nunc hec volitio est et tamen immediate post hoc non erit. Alias petrus inuite vellet et sic voluntas eius cogeretur quod est impossibile.

¶ Quarto visio habet vltimum instans sui esse z et tamen est res permanēs igitur. Maior patet q2 alias videretur illud quod non est et per visum beatus erraret pono enim q digiti petri nunc se tangant non autem post hoc tūc verum est dicere visio istius tactus est Et tamen immediate post hoc non erit qui tactus non erit. Item secundum s.t. illuminatio fit in instanti licet sequatur motum localem Et similiter visio Capio ergo primum istās visionis vel illuminationis et incipiat visibile recedere ab oculo tunc verum est dicere q in instanti est visio et tamen immediate post hoc non erit visio Forte negas quia visibile adhuc sufficiet causare visionem. Contra per casum in isto instanti visibile est in illa distantia in qua primo causat visionem.

¶ Quinto Ponatur q videas nunc visibile tricubitale cuius primus cubitus sit a. secundus b. tertius c. Et non possis videre simul nisi duos cubitos Et moueatur istud visibile ante oculum tuū Tunc verum est dicere ista visio est. Et tamen immediate post hoc non erit quia propter motum istius visibilis. Alia et alia pars obijcietur visui vestro ergo erit alia visio quia erit aliud obiectum. Forte dicis q in hac visione sunt partes sicut z visibile successiue mouetur sic visio successiue corrumpitur Sed contra vel tota ista visio cathegorematice immediate post hoc erit vel non Si secundum habetur intentum. Si primum Contra non idem obijcietur oculo ergo non idem videbitur ergo nō est eadem visio. Item si visio illa habet partes sic q vna pars visionis representet vnam partem visibilis et alia aliam partem equale sequeretur q si corpus pedale inciperet elongari ab oculo pri9 vna medietas desineret videri q alia quia secundum nominales quando qualitas aliqua remittitur prius corrumpitur vna medietas q alia. Posset argui q opinio est res permanens tamen habet vltimum instās sui esse vt si immediate post hoc fiat sorti demonstratio tūc verum est q opinio immediate post hoc non erit quia erit scientia z tamen nunc est.

¶ Sexto in probatione prime conclusionis dictū est q veritas aliqua potest habere vltimum instāa sui esse.

¶ Item Si a linea incipiat diuidi tunc verum est dicere q nunc punctum medium est et immediate post hoc non erit Itez sint due lignee equales q2 vna incipiat augeri Tunc verū ē dicere q nūc est relatio equalitatis et tamen imediate post hoc non erit Item quando res creatur tunc creatio est non autem immediate post ergo creatio habet vltimum instans sui esse.

¶ Item instans presens nunc est et immediate post hoc non erit igitur.

¶ Septimo habeat petrus nunc gratiam z sit sibi preceptum q immediate post hoc moueatur localiter et immediate post hoc omittat moueri tunc verum est dicere nunc gratia est et imediate post hoc non erit q petrus erit in peccato mortali. Forte dicis q non est inconueniens aliquid habere vltimū instans sui esse Contra sequeretur q in casu predicto petrus puniretur ante q peccaret quia i isto instanti non peccat et tamen in isto instanti gratia eius corrumpit Forte dicis q in isto instāti nō corrumpitur q2 si in isto instanti corrumperet tūc non esset se esset corrupta quia indiuisibiliter corrumpit Quero ergo in q instāti corrūpit vl ei i instanti mediato vel immediate huic Non secundum quia licet secundum s.t. in tempore discreto instans sit immediatum instanti non tamen in tempore cōtinuo S. T. in 4. dist. 11. q. 1. ar. 3. q. 2a. ad secundum Nec potest dari primum quia tunc illa res foret p tempus medians inter illa et per cōseqnens istud non fuit vltimum instans sui esse. Itē si sortes nūc amittit gratiam ergo nunc peccat.

¶ Octauo arguit̄ q̄ res p̄manēs incipiat p̄ vltimū
instans non eē quia albedo sortis acquiritur p̄mo
tum ergo nō habet primū istans sui esse quia alias
acq̄reretur et acquisita eēt in instanti. Item albesi
at sortes continue tunc qn̄ habet gradum medium
non est albus et tamē imediate post hoc erit albus
ergo incipit eē albus p̄ vltimum instans non eē vt
dicit petrus h. si concedas. Contra phi. dicit q̄n ex
nigro fit album tunc in instanti terminante motuȝ
sortes est albus Item q̄n cadauer icipit eē post mor
tem sortis albi tunc verum est dicere q̄ nunc ē albū
et immediate ante hoc non fuit album ergo aliquid
incipit eē album per primum istans esse.

¶ Nono quero vbi ē anima sortis in primo instāti
non eē sortis si i sorte ergo nō est mortuus si extra
sortē vel materiam eius. Contra prius erat in sua
materia ꝛ nō mouetur i isto istāti ergo adhuc ē i ea.

¶ Decimo arguitur contra terciā cōclusionem q2
queritur in illo casu qn̄ sortes produceretur ꝛ in q̄
instanti ꝛ arguatur sicut in argumēto 7°. Iteȝ tunc
deus posset producere duos angelos vnum imme
diate post alium. Forte cōcedis ꝛ secūdus non pro
ducitur i instanti medio istius hore sicut prim⁹ Cō
tra creatio secūdi equaliter distat ab extremitatib⁹
hore ergo est in medio instāti istius hore. Itē queri
tur an tres angeli possit creari vnus imediate post
alium videtur q̄ sic scđm S. T. quia in motu discre
tio ipsius āgeli possunt dari tria istantia immo 100
quorum vnum sit imediate post aliud. Sed cōra vl̄
tertius angelus erit imediate post primuȝ vel non
si primum sequitur q̄ non ē productus post 2ᵐ. an
gelum si secūdum ergo ē tempus mediū int̄ primū
et tertium sȝ in illo tempore erit secūdus ergo secū
dus erit p̄ tēpus ante tertiū ergo tertius non erit
post secundū imediate ¶ Ad hec diceret̄ primo ad
octauū licȝ albedo habet primū instās sui eē tamē
sortes icipit esse albus p̄ vltimū non eē ꝛ forte pri
ma albedo q̄ est primum naturale acquiritur in in
stāti imo ¶ Et ad decimū dic q̄ sortes nūq̄ᷓ 1° p̄du
citur. Et ad vltimū dicūt q̄ ibi nō est tēpus mediū
quia sunt instantia temporis discreti sȝ quid de tē
pore nr̄o coexistit 3° instanti vide de motu āgelorū

¶ Undecimo arguitur q̄ res permanens non inci
pit naturaliter per primum instans sui esse quia se
cundum philosophum quod fit non est et philoso
phus dicit 5°. phisic. quod generatur non est ergo
quando substantia fit tunc non est Sed immediate
post erit ergo substantia incipit per vltimum nō es
se Item in rebus naturalibus est deuenire ad mi
nimum naturale anteq̄ᷓ res ex toto corrumpatur.
Quando ergo ex aere fit aqua Capio instans in
quo fuit aer et instans in quo est aqua. Et cum ista
instantia non sit immediata queritur. sub qua for
ma est precedens materia si dicatur q̄ sub aqua er
go aer habebat vltimum instans sui esse et eodem
modo arguitur quando ex nō albo fit albū tūc sunt
duo instātia et in vno illorū est nō albū in altero vo
est albū Queritur autē quid est in tempore medio
Forte dicis q̄ ibi nō est tempus mediuȝ quia inter
cōtradictoria non est dare mediuȝ

¶ Ad primum dr̄ negando consequentiā secūdā
Utrum aūt in motu detur primū mutatū dictuȝ est
in 5°. q̄ non tamen quilibet motus habet p̄icipiū
Et ideo dicit s. t. de ve. q. 9. ar 8. ad. 6. q̄ i motibus
specie differentibus aliquando simul sunt termin⁹
vnius motus et principium alterius Si dicatur
Terminus vnius motus et p̄icipiū alterius con
trariantur vt ponatur q̄ per accidēs post q̄ᷓ aliq̄d
per totam horam est calefactum incipiat per totā
horam secundam frigefieri negatur antecedens.

¶ Ad secūdū negatur sequela Et ad aliud dictū
est in sexto Si queratur an hora habeat vltimum
instans sui esse dicendum q̄ non. Sed conta In
instanti medio verum est dicere q̄ tota hora est ca
thegoreumatice et post illud instans tota hora nō
imediate erit quia iam vna pars est preterita vū
imediate post hoc solum erit vna pars et non tota
medietas Quidam dicunt q̄ licet non immediate
post hoc tota hora erit sicut nec tot⁹ mot⁹ celi ime
diate post hoc erit Tamen imediate post hoc verȝ
erit dicere tota hora est cathegoreumatice. Et
ita dicatur de istis sortes incipit pertansire spaciuȝ
decem leucatum vel dicitur q̄ cathegoreumatice
imediate post hoc tota hora erit sed ā hec est vera
hora est in isto instanti q2 hora non mēsuratur isto
instanti Item omnes hore sunt eiusdeȝ speciei
ergo si ista est in isto instanti tunc oēs possent esse
in isto instanti quod est contra naturam successiu͡ā
Item linea nōē in puncto et go nec hora in istanti
indiuisibili nec sufficit ad tempus esse q̄ istans sit
q2 tunc hora preterita et futura essent sic̄. s. quan
do instans medium est.

¶ Ad terciū cōcedo aliqua habere vltimū istans
sui esse loquendo de accidentibus que non subiici
untur tempori quia tamen voluntas hominis for
te per accidēs subiicitur tempori ideo actus volū
tatis non habet vltimum instans sui este ideo ho
mo non potest desistere ab actu immediate post q̄ᷓ
ipsum elicuit Secus est de angelo qui potest prec
se velle per instans nec necessario continuat actū
Sed contra sequeretur q̄ angelus haberet meri
tum infinitū supposito q̄ mereatur per totā horaȝ
quia in quolibet instanti haberet nouum meritum
propter liberam continuationem Dices q̄ angel⁹
post vnum meritum sit extra viam.

¶ Ad 4ᵐ. videtur q̄ non sit inconueniens ista ac
cidentia habere vltimum instans sui esse secus aūt
est de substantia Sed contra phūs dicit q̄ etiaȝ in
accidentibus instans transmutationis attribuen
dum est posteriori passioni Dicendum q̄ visio non
fit per transmutationem siue motum alij dicunt q̄
qn̄ visibile approximatur oculo sortis non dat̄ pri
mū istās visiōis. Et de hoc 1°. celi et p̄ h° p3 ad 5ᵐ.

¶ Ad sextum dico q̄ accidentia non proprie desi
nunt esse. Nec corrumpuntur vt dicit S. T. 1ª 2ᵉ.
Si tamen concedatur q̄ desinunt esse non incon
uenit q̄ aliqua accidentia maxime relatiua habe
ant vltimū instans sui esse. ¶ Et p̄ hoc p3 ad. 7ᵐ.
Dico tn̄ q̄ qn̄ gr̄a desinit eē p̄ pctm̄ positiuū tūc de
finit p̄ primū instans non esse quia act⁹ voluntatis

in instanti. Sz cõtrã actus volũtatis qui est peccatum mortale prerequirit deliberationez vel errorẽ qui incidit in ɔferẽdo vel iquirãdo vt dicit s.t. de ve q 29. ar. 8. ad 2m. sed deliberatio ɀ discursus requirit tp̃s vt p3 ex s.t. in 4 d. 17. q. 1. ergo nõ volumus in istãti negatur ɔña ar. 5. q. 3a. ad 1m. Item ibidem dicit q. 2a. ad 2m: ꝙ actus hominis tẽpore mẽsurant ergo actus volũtatis non fit in istanti. Dicẽdũ ꝙ aliqñ peccatũ mortale fit sine deliberatione vt qui dam dicũt de peccato primi angeli aliaa error pre cessisset peccatum sed si ad mortale nõ requireretur deliberatio tunc primi motus essent mortalea vide s.t. 1. 2e. q. 74. ar. 6. ad 3m. et q. 31. ar. 2. vbi dicit ꝙ du pliciter aliquid est in tẽpore primo secũdũ se secũ do per accidens et hoc bene est in instanti alia patent ex similibus i ca. de incipit.

Ad secũdum sic proceditur videtur ꝙ nõ omne quod reflectitur i pũcto reflexionis quiescat p argumentũ cõe quãdo faba proijcitur cõtra lapidẽ molarem descendẽte tunc enim faba non quiescit in puncto reflectionia quia aliaa sequeretur ꝙ lapis molaris etiam quiesceret quia faba nõ reflectitur donec veniat vsq3 ad lapidẽ molarẽ si ergo tũc quiescat sez p aliquod tẽpus seq̃tur ꝙ lapis ille quiescat p idem tẽpus qui tamen grauissimus est. Hic dicit siluester ꝙ quidã pro vna faba multum fatigantur vnde dicit fabam quiescere añq3 veniat ad molarẽ ab aere impulso. Contra ponatur ꝙ molaris lẽte descẽdat et sagicta impetuose mittatur ɔtra ipsũ tunc patet ꝙ non quiescit donec tangat lapidez. Item ponat ꝙ nunc lapis ille ĩcipiat moueri et sit nũc primum instãs ɔtactua fabe tũc patet ꝙ ipa nõ quiescit igit nec nunc potest dari ꝙ prius quieuerit propter im pulsum aeris. Alij dicũt fabã tm̃ quiescere p instãs sz hoc est cõtra ph. in sexto nichil enim quiescit in ĩstanti rationes etiam phi. probant rẽ q̃escere p tẽ pus qñ reflectitur si dicas faba non mouetur p se qñ descẽdit contra lapis p se facit eaz descendere sicut fortes ascendere licet sit agens extrinsecũ sz contra est philosophus.

¶ Respondeo dicendũ ꝙ hic principaliter loquimur de motu recto et est motus rectus qui fit super lineam breuissimam. Et ostendendo ꝙ iste non potest esse continuus ostenditur ꝙ solus circularis sit continuus et infinitus. Maxime autẽ videtur motus rectus esse continuus per reflexionem. Et iõ contra hoc ponitur conclusio talis.

¶ Conclusio prima impossibile est motum reflexum cum primo continuari probatur rationibus naturalibus. Et deinde logicalibus. Prima ratio impossibile est contraria adinuicem continuari. Sed illi motus sunt contrarij ergo. Maior patet quia ad continuitatem motus tria requiruntur scilicet vnitas temporis vnitas mobilis et vnitas forme secundum q̃3 est motus. Sed contraria specie differunt ergo impossibile est contrarie adinuicem cõtinuari. Minor probatur nam motus contrarij sũt quorum termini sunt contrarij. Sed motus reflexi et primi motus termini sunt contrarij. Nam in locis sũt sex differentie positionum adinuicem cõtrarie scilicet sursum deorsum ɀc. Modo omnis reflexio fit supra aliquam istarum differentiarum vt si motus precedens erat sursum reflexio erit deorsum et sic termini illorum sunt contrarij. Item probat philosophus a signo. Nam isti motus se inuicẽ impediunt et cessare faciunt. Siue sint supra lineam rectam siue in circulo ergo contrariantur. Non est tamen intelligendum ꝙ motus circulares proprie contrariantur quia q̃uis sint a terminis cõtrarijs non tamen secundum lineam breuissimam sed magis dicuntur repugnantes cum mutuo se impediant. Secunda ratio illi motus non sunt continui inter quos mediat quies. Sed inter primũ motum et reflexum mediat quies in puncto reflexionis igitur. Pro declaratione minoris supponitur primo ꝙ tria sũt in magnitudine scilicet principiũ mediũ ɀ finis ɀ mediũ lz sit vnũ nũero tñ est duo secũdum rationem scilicet finis p̃cedentis et principium sequentis. Supponitur etiam ꝙ aliud est eẽ in actu et aliud esse in potentia. Et ideo cũ dicitur aliq̃d ɔtinue moueri ab is ĩ extremum magnitudinis medium magnitudinis non est principium neq3 finis mot⁹ i actu sz i poa tm̃. Nec dr̃ ibi accidere vl' recidere nisi i poa qz nõ est ibi p aliquod tempus Sz p solũ nũc tp̃is qd etiã ibidẽ est solũ i poa. Sed cũ mobile erat ĩ principio magnitudis qz tale principium est actu. Et mot⁹ etiã tũc ibi erat actu. Et similiter dicendũ est cũ est in alio extremo qz tale extremũ est finis actu et ibi est in nũc actu. Si ergo ĩ medio magnitudinis finiat mot⁹ p̃cedẽs secũdũ actũ ɀ ibi ĩcipiat alter motus secundũ actũ tũc medium actu habet rationem principij et finis.

Mõ sic ẽ de pũcto reflexionis nã ad ipm actu finit mot⁹ p̃cedẽs. Et ab eo actu ĩcipit mot⁹ reflex⁹. tũc ãr sic vl' est idẽ nũc i q̊ mobile ad idem pũctũ reflexiõis actu accedit ɀ i q̊ mutatũ ẽ respectu mot⁹ p̃cedẽtis cũ illo nũc i q̊ actu recedit ex ilo pũcto l' ẽ aliud ab eo nõ p̃t dici ꝙ sit idẽ qz tũc i eod nũc mobile eẽt actu et nõ eẽt in illo pũcto qz cũ accedit ad aliũ pũctum ibi est cũ vero recedit non ãpli⁹ ẽ ergo ẽ aliud et aliud nũc. s3 iter quecũq3 duo nũc mediat tẽpus ergo mobile per aliud tempus in ipso puncto p mãsit sed quod per aliud tempus manet in puncto secundum se totum quiescit ergo necesse est omne quod reflectitur in puncto reflexionis quiescere ergo mot⁹ reflex⁹ ɀ p̃cedẽs nõ sunt vn⁹ mot⁹. Deinde ãr rationib⁹ logicis. Prio dũ aliq̃d mouet a principio mot⁹ sẽp dicit moueri ad vltiz t̃iz sui mot⁹. Si ergo nõ sit q̃es i pũcto reflexionis seq̃t ꝙ idẽ sil' mouebit motib⁹ ɔtrarijs verbi gr̃a. Si aliq̃s ascendat sursũ ɀ postea cadat deorsũ si illi duo mot⁹ sint vn⁹ dũ mobile icipiebat ascẽdere dicebat moueri ad vltimũ terim sui mot⁹ sez deorsũ ergo sil' ɔuenit ascẽdere et descẽdere. Scđo si ita eẽt seq̃ret ꝙ aliquid moueret ad aliquez t̃miz ab aliquo t̃mino i q̊ nõdũ fuit. Patz qz i cãu posito dũ mobile ĩcipit ascẽdere dr moueri deorsũ ɀ tñ nõdũ fuit sursũ. Tercio seq̃t ꝙ sil' corrũpit nõ albũ ɀ gñat albũ cũ ex nõ albo fit album. Et similiter corrumpitur album cũ3 ex albo fit nõ albuz ergo si mot⁹ reflex⁹ possit ɔtinuari i oĩ gñe sequit ꝙ erit idẽ mot⁹ quo ex nõ albo fit albuz

et quo ex albo fit non albū ergo simul generabitur
albū ꝛ corrūpetur q̄d est īpossibile. ¶ Circa dicta ī
secūda ratione ꝯclusionis mouet phi. dubia et pro
primo ponātur due magnitudines vna est e. b. c. et
secūda ȝ. i. ꝛ sit vltīa pars e. b. c. puta b. c. equalis to
ti ȝ. i. deinde ponātur duo mobilia equaliter mota
puta a. et d. ꝛ moueaṫ a. ꝯtinue a pūcto e. vsq̄ ad pū
ctum c. d. vero tunc recedat a pūcto ȝ. et tendat ad
punctū i. cū a accidit ad b. si ergo aliud sit nūc ī quo
a accedit ad b. et ab eo recedit sequereṫ ꝙ d. prius
veniret i. adq̄ȝ a. ad c. q2 prius recessit a pūcto ȝ. q̄ȝ a
a. b. hoc autē videtur īcōueniens cū equaliter mo-
ueantur ꝛ magnitudo b. c. sit equalis magnitudini
ȝ. i. ergo videtur falsū quod dictū est in secūda rati
one scȝ ꝙ est aliud instans ī quo mobile ad illud pū
ctum accedit et aliud in quo recedit ab eodem pun
cto. Respondet ari. ꝙ argumētum habet apparē-
tiam si a. actu esset in b. ita ꝙ b. esset actu medium
magnitudinis et haberet actu rationē finis ꝛ ratio
nem pricipij sed nō est ita cū a. ponatur ꝯtinue mo
ueri a. puncto e. vsq̄ ad pūctū c. et ideo a. nō est ī b.
nisi p instans et est idem instans in quo accedit et ī
quo recedit ab ipso b. modo non est in reflexione q2
punctus reflexionis est actu finis primi mot⁹ ꝛ ac-
tu principium secundi: q2 ille pūctus ē actu ideo nō
potest esse idem instās quo mobile actu accedit ad
ipsū et quo recedit ab eo. Et sic patet solutio istius
dubitationis. Et ex hoc patet etiā solutio alterius
dubitationis que est ratio zenonis qua nitebatur ī
probare motum localem propter pūcta infinita exi
stētia inter extrema magnitudinis que īpossibile
est pertransire vt ipse arguit Sed quia prius respō
sum est ad rationē eius ideo pro nunc dimittitur.
Posset dubitari an motus sursum et descens⁹ spe-
cie different ꝛ per cōsequēs an possūt cōtinuari q2
s. t. 12ᵉ. q. 12. ar. 4. 3ᵐ. dicit ꝙ ascēsio et descēsio sunt
idē subiecto hoc etiā dicit ph. ī 3ᵒ phi. cap. 3ᵒ. tracta
tus primi sȝ burleus dicit ꝙ loco ascēsus debet po-
ni accessus vnde idem motus est accessus ad termi
num ad quē est recessus a termino a quo vel expo-
natur de motu reflexionis per accidens vno.
¶ Cōtra hec arguit per argumentum ante oppositum
Forte dicis ꝙ contingit per accidens ꝙ in motu re
flexionis non sit quies per se tamen omne quod re
flectitur in puncto reflexionis quiescit Sed con-
tra ex hoc destruitur processus philosophi volētis
hic probare ꝙ motus rectus non potest esse conti
nuus et perpetuus quia in motu recto fit reflexio
et per consequens inquit quies Modo aduersari⁹
dicit ꝙ hoc non est necessarium Item arguitur per
secundam rationem philosophi quia in isto casu vel
est idem nunc in quo mobile accedit ad punctū re-
flexionis et quo actu recedit vel non Si primū cō
tra tunc esset in illo puncto et non esset quia cū ac
cedit illud punctum ibi est cum vero recedit non ā-
plius est Si secundum tunc sic inter quecunq̄ duo
nunc mediat tempus ergo si non sit idem nunc se-
quitur ꝙ mobile quiescit ibi per tempus Item om
nis conclusio demonstrationis est necessaria nec
pōt esse falsa p accn̄s Sed phūs hic demrāt ꝙ oē
quod reflectitur in puncto reflexionis quiescit g°

¶ Item tunc ista faba continue moueretur Forte
dicis ꝙ verum est continuitate per accidens Sed
hoc nichil est quia etiam quando aliquid descendit
motus ille non est continuus per se quia motus ē
continuus a magnitudine ꝛ p quantitatem.
¶ Secundo si lapis sursum proiect⁹ per aliquod
tempus quiesceret sequeretur ꝙ graue sursum exi
stens non descenderet. Forte dicis ꝙ impeditur
q2 virt⁹ mouens lapidē sursū sufficit ipȝ detinere
per aliquod tempus ne descendat licet non possit
ipsum mouere amplius sursum Contra quando pi
la proijcitur contra lapidem tunc non quiescit per
tempus ergo nec quando est sursum Antecedens
patȝ quia si qescat per tempus quero a quo postea
mouetur Forte dicis ꝙ ab impetu Cōtra ille impe
tus fuit ita fortis ī prima medietate illius tempo-
ris sicut in secunda ergo mouebat ipsum sursum
Nec potest dici ꝙ moueatur a terra alias oīs pila
posita super terram moueretur ab ea.
¶ Tertio arguitur ad idē quia capio primū istās
in quo lapis proiectus sursum icipit quiescere et
quero an tūc virtus motiua lapidis deorsū sit equa
lis ipsi resistentie vel maior vel minor Si primum
ergo immediate post hoc mouebit lapidem deorsū
quia illa resistentia continue diminuitur ergo im-
mediate post hoc erit minor q̄ȝ virtus motiua lapi-
dis deorsum quia a proportione inequalitatis ma
ioris semper fit actio Si 2ᵐ. arguitur eodem modo
Si tertium ergo post hoc lapis adhuc mouebitur
sursum quia virtus motiua sursum adhuc erit ma-
ior q̄ȝ actiuitas lapidis.
¶ Quarto Ponatur ꝙ musca ascendat super lan
ceam et in ascendendo lancea cadat deorsum tunc
illa musca non quiescet in puncto reflexionis sed
mouebitur ad motum lancee Item mot⁹ reflexio-
nis est motus ergo vnus motus Et tamen compo
nitur ex duobus scilicet ex motu ascensus et ex mo
tu descensus ergo ex motu ascensus et descensus
potest fieri vnus motus.
¶ Quinto probatur ꝙ motus contrarij possūt
esse inuicem immediati quia ponatur ꝙ aliquid cō
tinue frigefiat et in fine applicetur ibi aliquod sū
me frigefactiuum tunc patet ꝙ inter calefactionē
et frigefactionem non erit tempus medium Item
possibile est ꝙ vna medietas ligni calefiat et a-
lia frigefiat tunc inter istas duas medietates non
est medium ergo nec inter motus contrarios quo-
rum vnus est in vna medietate et alius in alia me
dietate si dicas tunc continuantur per accidēs ex
parte q̄titatis. Contra motus non intelliguntur
aliter continuati nisi p q̄titatem Si dicas vltima
eorum non sunt vnum Contra tunc vltima contra
riorum essent simul scilicet quando per accidens
vnus motus sequitur alium motum contrari-
um.
¶ Sexto motus celi ab oriente in occidentem et
ab occidente in orientem continuantur. et tamen
videntur esse motus reflexionis vel contrarij
quia oriens et occidens se habent sicut dextrū et si
nistrum dextrum autē et sinistruȝ sunt differētie et
5ᵒ. phi. dictū est ꝙ omnis motus est īter ꝯtraria vel

contradictoria.

¶ Septimo ꝑ argumētū probaretur ꝙ nullus motus localis est cōtinuus quia aliqñ accedit et recedit ab ipso et nō in eodem instanti ergo ibi est tempus. Forte dicis ꝙ mobile non est in puncto medio in actu sed in potētia. Contra quod est calidum in potētia tm̄ non est calidum ergo si mobile non est ī puncto medio nisi ī potētia sequitur ꝙ realiṫ nūq̄ est in puncto medio. Item in istāti medio queritur vbi actualiter est ipsū mobile.

¶ Ad primū dicēdū secūduz aliquos ꝙ faba nūq̄ tangit lapidē molarē quia duo corpora dura nō possunt se tangere Sz cōtra nichil potest ea īpedire si enim aer īpediret corpora dura ne in fine motus se tangerēt multo plus impediret in pricipio qñ plus mediat de aere. Item si gladius non tāgeret lignū non esset difficile ipsum extrahere. Dicēdum ergo secūdum aliquos ꝙ ibi est quies īstantanea. Sz hoc videtur ꝯtra phm̄ 6°. phi. ideo dicit ꝙ forte quies hic capitur pro discōtinuatione motus.

¶ Ad 2m. dicitur ꝙ virtus mouens lapidē sursum detinet ipsum et tunc de impetu pile dicitur ꝙ partes non tangētes terrā resistūt ne subito possit resilire et ꝓpter hoc aliqñ frangitur.

¶ Ad 3m. dicitur ꝙ licet illa virtus motiua sursum sit fortior grauitate lapidis non tamen excedit grauitatē lapidis z resistētiam aeris. Sed queritur an petrus mouens manū sursū possit eā īmediate retrahere sine quiete videtur ꝙ sic.

¶ Ad 4m. dicitur ꝙ ꝑ accidēs non incōuenit mobile quiescere Et per hoc patet ad 5m. sed dices quā do phi. dicit ꝙ inter motus alterationis cadit quies media vel loquitur remoto impedimēto vel non sī primum hoc nichil est dicendum ergo ꝙ corruptū nō potest applicari nisi per tēpus successiuū z ideo immediate post calefactionem non sequitur frigefactio. ¶ Ad 6m. patet ex 5. phisi.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ mobile non est in puncto medio in actu qui sit completus terminus ipsius motus.

Ad tertium sic proceditur Uidetur ꝙ proiecta a primo proiiciente post recessum non moueantur a medio quia medium resistit sue diuisioni ergo non mouet ꝓiecta sed resistit motui eorum. Item sequeretur ꝙ lata proiecta facilius mouerentur q̄ rotunda vel acuta quia facilius pellerentur a medio sed hoc ē falsum igitur. Item mirabile videtur ꝙ aer qui tā faciliter diuisibilis est grauia sustinere possit z mouere. Sed contra est philosophus.

¶ Respon. ideo dicendum ꝙ aristote. ostendit vnitatem motus exigere vnitatem mobilis Et ideo inquirit an proiecta ab vno motore seu a pluribus moueantur vt facilius ostendatur vnitas primi mobilis Circa quam dubitationem excludit philosophus falsam opinionem que dicitur platonis qui posuit primum proiiciens cū ipso proiecto mouere aliquod corpus puta aerem qui aer motus concomitatur semper et mouet ipsum proiectum durante motu eius contra quod arguit aristotel. quia eadem dubitatio oritur de ipso aere scilicet a quo moueatur postq̄ separatum est a primo mouente quia sicut a se non mouetur proiectum nec aer. Et hunc modum mouendi proiecta vocant aliqui antiparistasim hoc est contra resistentiam ymaginantes ipsum medium resistendo vnire se retro mobile et vniendo mouere mobile. Sed hec solutio aristotel. nō placet propter causam dictam ideo aliter respondet dicens ꝙ primum proiiciens corpus sibi ꝓpinquum puta aerem vel aquam mouet. et mouendo ipsum sibi tribuit virtutem mouendi aliud medium consequenter se habens ita ꝙ medium ꝓpinquum primo mouenti ab ipso recipit ꝙ moueatur et ꝙ moueat aliud et sic deinceps et quia mouere z moueri nō insunt de necessitate eidem alias nō eēt dare mouens nō motum idō hoc secundum mouens postq̄ cessauit moueri tamē bene mouet aliud cōsequenter se habens quod patet ad sensum de lapide proiecto in aqua qui aquam mouet sibi propinquam primo causando in ea circulum quendam quidē z circulus causat alium circulum mouendo aliam aquam consequēter se habentem et hoc modo non oportet totum aerem vel totā aquā moueri simul quando primū mouens mouet vel simul quiescere quando primuz mouet vel simul quiescere quando primum cessat mouere Sed propinquū medium primo mouenti simul mouetur qñ primū z cessat mouere z simul cessat moueri quando primū cessat mouere et in termino sui motus mouet medium sibi propinquum Et ita dicendum est de illo in ordine ad aliud et quia virtus motiua impressa a primo in secundum fortior est in ipso secundo q̄ in tercio ideo continue minoratur et tandem adeo debilitatur ꝙ sufficit ad hoc ꝙ illud in quo est moueat aliud sibi propinquū sed non tribuit virtutem mouendi vlterius et tunc cessante illo in quo debilis est ita mouere cessat aliud moueri et deficit motus z iste ē modus positus ab aristotele quo proiecta mouentur Sed aduertendum est ꝙ licet virtus motiua in medio propinque primo mouēti maior sit intensiue q̄ in magis distāti nō tamen hz actum suum maximum ideo non est maior extēsiue quia virtus illius cum sit corporalis sicut quelibet virtus corporea requirit determinatam q̄titatem maxime q̄tum ad hoc ꝙ habet suum maximum actum Et ideo proiecta minus ledunt propinquiora q̄ distāriora a primo proiiciente in fine vero mot᷒ propter debilitatem virtutis tarde mouentur Et ideo proiecta velocius mouentur in medio ꝙ in principio vel in fine Exemplum patet de aqua.

¶ Conclusio prima ꝓiecta post recessum a primo proiiciente a medio mouentur modo expresso patet quia huiusmodi proiecta post recessum mouentur vt ad sensum pz Nō a se cum nō sint aīata ergo ab alio Et primuz mouens debet esse simul cū moto opz g° huiusmōi corpora moueri ab aliq̄ corpore

est immediatum ipsis proiectis Ex quo sequitur ꝙ non mouentur ab vnico motore sed a pluribus consequenter se habentibus seinuicē tangentib' q̄ non est semper idem corpus immediatum mouens ipsa proiecta. Et quia pluritas seu diuersitas nō est sine diuisione ideo oportet medium a quo mouētur proiecta esse faciliter diuisibile.

¶ Conclusio secunda licet motus alicuius proiecti videatur esse vnus continuus propter continuitatem mobilis et temporis non tamen est vnus cōtinuus simpliciter Patet quia huiusmodi motus ē a pluribus et diuersis motoribus consequenter se habentibus que non mouentur simul ergo ille motus non est simpliciter vnus et continuus. Et hoc patet ad sensum in aqua mota a lapide ibi enim patet successio motus ad motum secundum diuersas partes aque ibi enim apparent diuersi circuli et motus quo vna pars aque aliam mouet alia non mouente et quomodo vna pars mouetur alia non mota et similiter est ī aere q̄tum ad corpora proiecta licet non sit ita sensibile propter maiorē aeris subtilitatem Ex hijs sequitur ꝙ motor primus est vn' quia alias primus motus non esset vnus quia esset a pluribus motoribus.

¶ Contra hec arguitur Saltem contra vltimo dicta quia quinto phisico dicitur ꝙ ad vnitatem motus sufficiunt vnitas mobilis temporis et termini ergo non requiritur vnitas mouētis. Item sortes et plato possunt simul trahere nauem et tunc ille motus nauis erit a pluribus mouentibus scilicet a sorte et platone. Forte dicis ꝙ sortes et plato nō sunt nisi vnus motor Contra sic etiam posset dici ꝙ quando vnus motor succedit alteri tunc illi duo non sunt nisi vnus motor et per ꝯñs motus eēt vn'

¶ Item multi putant celum moueri a duobus motoribus tñ motus eius ē vnus et regularis

¶ Secundo arguitur ad idem Pono ꝙ sortes moueat a. lapidem et quando sortes desinit mouere tunc plato incipiat tunc iste motus est continuus cum ibi non sit quies media et tamen est a duobus motoribus Et eodē modo potest argui de ignē calefaciente cui adiungitur alius ignis.

¶ Item sequeretur ꝙ proiectum per nullum tempus moueretur motu vno q̄ continue ē in alio et in alio medio. Et per hāc opinionē mouet̄ a medio. ergo continue ibi est aliud mouens. Antecedens patet quia quod mouetur est cōtinue in alio loco et in alio loco ergo est in alio et in alio medio Mʒ tamen ibi sit motus vnus per aliquod tempus patet quia ibi est motus ergo ibi est motus vn'

¶ Tertio arguitur probando ꝙ proiectum nō moueatur ab aere sequente proiectum vel a virtute impressa aeri et non ipsi proiecto quia ille aer mouet̄ per impetum sibi impressum a mouente ergo et ipsum proiectum potest recipere impetum mouentis Forte dicis ꝙ non propter eius duriciam Contra ferrum recipit virtutem a magnete per quā mouetur Item si aer mouetur per impetum receptum sequit̄ ꝙ mouetur ab intrinseco Et per consequēs naturaliter Itē seq̄tur ꝙ inanimatum mouet et se quia aer ille mouetur ꝑ ipetuʒ in eo receptū. Item vel talis virtus ꝓducitur in aere subito vel successiue si p̄mū vel ergo ante ꝓiectionē vel post non primū alias ꝑ tēpus staret huiusmodi virtus absq̄ motu et manifestum est ꝙ non post alias ꝓiectum aliq̄n moueretur sine tali virtute nec successiue q̄ alias motus violentus esset velocior in fine q̄ in principio.

¶ Quarto quia sagitta aliq̄n mouet̄ ꝯtra ventū et ꝯtra aerem et similiter nauis aliq̄n mouetur cōtra cursū aque sʒ tunc non mouetur ab aqua ymmo potius impeditur ergo oportet ꝙ ibi aliqua virtus imprimatur ipsi naui a nauta Itē q̄n est ventus tūc aer in quo recipitur virtus ꝓiicientis remouetur a sagitta ita ꝙ ipsa ascendēte per ventū pellitur ille aer ad orientem. Item q̄n trūcus mouetur circulariter non videtur ꝙ hoc sit ab aere alias si subito alius troc' poneretur in illo loco sequeretur ꝙ circulariter moueretur sicut primus.

¶ Quinto sequeretur ꝙ ita velociter moueretur sagitta non ꝓiecta a te sicut alia patet quia tantā virtutē recipit aer respectu sagitte quā non tenes sed pendet in aere sicut respectu alterius. Itē seq̄retur ꝙ tu non posses proijcere lapidē ꝑ vnum pedem in vacuo patet quia in vacuo nullum est medium ergo ꝓiectum ibi nō potest moueri.

¶ Sexto nullus potest sine sagitta mouere aerē vsq̄ ad sūmitatem turris ergo q̄n proijcit sagittā vsq̄ ad summitatē turris illa sagitta non mouetur per motum aeris. Item tunc lōgius deberes proijcere fabam q̄ lapidem quia aer mot' lōgius potest mouere minus graue et minus resistens.

¶ Septimo capiatur sagitta que moueat̄ transeundo corpus molle et in extremitate habeat corp' latū quod obstruat foramē imediate post transituʒ tunc illa sagitta mouebitur postq̄ trāsiuit foramē et non ab aere ꝓbatur quia nullus aer trāsiuit per illud foramen q̄ imediate foramē fuit obstructum et non transiuit cum sagitta. Item ad istud est s. t. de po. q. 3. ar. 11. ad 5m. vbi dicit ꝙ sagitta mouetur a proijciēte q̄diu manet vis impulsus proijcientis sicut graue īanimatuʒ tam diu mouetur q̄diu habet grauitatem. Item in scdo sen. dis. 11. ar. 4. ad 5. dicit proiectum moueri ꝑ fortem impressionē. Itē angelus potest proijcere lapidem absq̄ hoc ꝙ aliquid agat ī aere nec videtur ꝙ machina bellica possit proijcere lapidem ad distantiaʒ tantā per soluʒ impetum impressum in aere vel per motum aeris et non ipsi lapidi proiecto. Item aristo. contra platonem querit Si proiectū moueatur ab aere a quo mouetur ipse aer sed eodēmodo queritur secundū hanc opinionem a quo mouetur ipse aer per queʒ mouetur proiectum. ¶ Ad primū dicitur a multis propter hec argumenta ꝙ proiectum tantum mouetur ab impetu sibi impresso. Et si queratur quid sit iste impetus dicitur ꝙ est qualitas inherēs ipsi lapidi. Sed contra vel est qualitas prima vel secūda. Si secundum ergo producit̄ a qualitatibus primis quod est falsum Item tunc lapis semper moueretur q̄ nō videt̄ a quo corrūpat̄ talis qualitas Itē tūc maxim' lapʒ velocissīe moueret̄ q̄ reciperet maiorem impetū sed ꝑ hec etiā videtur ꝙ nullus po

natur impetus in aere. Sed arguitur aliter supponendo ꝙ proiectū in principio non velocissime moueretur sed in medio. Tunc queritur vnde hoc prouenit cū impetus in principio īpressus sit intēsissim⁹ dicūt ꝙ ille īpetus est multū inteus⁹ in pricipio in vna parte tantū nō aūt in alijs Unde prius fit in vna parte ꝙ̄ in alia. Sed contra tunc vna pars lapidis moueret alia quiescēte vel alia moueretur sine īpetu. Itē moueat for diu lapidē ac si vellz proijcere ꝛ postea proijciat tūc videt ꝙ per illum motū impetus est impressus equaliter omnib⁹ partibus tū plus ledit in medio. Item tunc motus proiectorum esset vnus quod est ꝯtra phi. in textu quia eēt ab vno motore s. ab impetu. Forte dicis ꝙ loquitur disputatiue. Contra ipse ex hoc probat vnitatem primi motoris ergo non loquitur solum opinatiue Et hec etiam ē opinio ꝯmē. et pauli quia si talis ꝓtus esset in ipso lapide proiecto sequeretur ꝙ motus eius sursū non esset violentus quia esset ab extrinseco scz ab impetu phi. etiā dicit ꝙ motus ꝓiectionis est sicut circulationes in aqua sed pz ꝙ ille circulationes nō ꝯtinuantur Respondet ergo ad argumenta ꝙ phi. 5. phisi. non posuit omnis ad vnitatem motuum necessaria vel alij dicūt ꝙ ibi non est vnitas temporis qn̄ diuersa mobilia applicant sed cadit ibi tēpus medium. Uidetur tn̄ ꝙ proiectū ꝯtinue moueatur ergo motus eius est cōtinuus et vltra ergo est vnus capiat enim instans discōtinuationis et queritur an tunc incipiat quiescere vel an moueatur et manifestum est ꝙ non quiescit donec veniat ad terminū Ad aliud dicit ꝙ duo trahētes nauem se habent per modum vnius motoris Sed queritur Si primo fortes moueat nauem ꝛ postea alij veniāt ad adiuuandū eum an ille motus esset vnus Et similiter si lapis proijciatur deorsum violenter An ille motus sit continuus Uidetur ꝙ sic

Et per hoc patet ad secundū vel dicitur ꝙ aliqs aer per aliquod tempus coniungitur ipsi proiecto et per illud tempus motus eius est vnus.

Ad tertium dicitur ꝙ aeri imprimitur impetus vel etiam aque si lapis proijciatur ꝑ aquā Et videtur ꝙ ille impetus producatur subito per violētū contactum Et si queratur a quo corrumpitur talis impetus aeris cum non semper duret dicunt quidam ꝙ ab aere impediente. Si dicatur agens naturale non potest mouere idem ad diuersas positiones Sed ille impetus mouet stofum deorsum ꝯtra lapidem et deinde mouet ipsum sursum. Forte dicis ꝙ hoc est per accidens.

Si queratur quare lapidi non imprimitur impet⁹ Respondet Com. ꝙ impetus imprimitur aeri ratione propinquitatis ad naturam materie prime Unde aer est magis passibilis et receptiuus principij mouendi Uidetur tn̄ multū probabile et secūdū auctoritate dicendum ꝙ lapidi imprimitur impetus a quo mouetur saltem partialiter et forte iuuatur ab aere

Ad 4m. dicitur ꝙ si per ventum totus aer subtraheretur sagitta non moueretur et īde est ꝙ flāte vento sagitta tardius mouetur quia aer non potest ita faciliter eam mouere Si dicatur

Aer resistit, sue diuisioni ergo non mouet lapidem negatur cōsequētia qr mouet ip sū ꝓ virtutē quā recipit a ꝓiciēte et ita dicatur de aqua.

Ad quintum negatur sequela quoniam oportz ꝙ per proijcientem applicetur aer proiecto. Sed dices ponatur ꝙ subito vna sagitta ponatur in loco alterius sagitte volantis an aer eam mouebit videtur ꝙ non Sed contra agens naturale equalit agit in passum equaliter approximatum. Item ponatur nō super arcū sz āte et per cordā sagittarorum moueat aerem ac si vellet proijcere sagittā nichilominus ad sensum patet ꝙ illa sagitta non mouebitur et tamen eque bene imprimitur impet⁹ aeri ac si sagitta fuisset applicata corde igitur ꝛc.

Ad sextum forte diceretur negando antecedēs vel ꝙ per sagittam melius mouetur aer. Sed hic dubitatur an quando terra pura a forte proijcitur deorsum An ille motus sit naturalis vel violent⁹ videtur ꝙ sit naturalis cum sit ad locum naturalē. Et tamen secundū hanc opinionem videtur violētus quia proiectum mouetur ab extrinseco scilicet ab aere dicendum ꝙ ille motus partim est naturalis et partim est violentus.

Ad septimum patet ex dictis Et si queratur aq̄ mouetur ipse aer dicendum ꝙ vnus aer mouetur ab alio Et si queratur quare faba non ita longe ꝓijcitur sicut lapis. Forte proijciens melius potest se applicare vel vna figura est aptior ad diuidēdū medium Et ideo velocius mouetur proiectum acutum Uidetur ex S. T. probabile ꝙ in proiecto recipitur aliqua virtus.

Circa hec queruntur 5e. Primo An deus sit infinite virtutis secundum philosophum Secundo An deus secundum philosophum agat ex necessitate nature Tertio an deus sit in oriente Quarto An phisici sit demonstrare primum motorem esse. Quinto An demonstretur ꝙ deus est.

Ad primum sic proceditur videtur ꝙ deus non sit infinite virtutis secundum philosophum Supponendo duo scilz ꝙ deus est motor appropriatus primi orbis. Secundo ꝙ deus mouet de necessitate nature Hec duo concederet philosophus Si ergo deus esset infinite virtutis sequeretur ꝙ celum ab eo moueretur in instanti quia per secundam suppositionem moueret secūdum vltimū sui posse Sed virtus infinita agens secūdum vltimū suum posse agit in instanti ergo deus ageret in instanti quod est contra philosophum Sed contra videtur esse philosophus in isto octauo Dicit enim ꝙ deus non est virtus in magnitudine quia virtus infinita non potest esse in magnitudine finita: ergo deus est infinite virtutis et loquit̄ de infinito intēsiue sicut patet ex precedentibus et tertio phisico. et capitur infinita negatiue. i. ꝙ sua virtus nō terminatur.

¶ Respondeo dicẽdũ secũdum philo. in motu 3ª. sunt s. mouens mobile et tẽpus in quo fit motꝰ. tũc dicitur sicut dictũ est in 6. phi. ꝙ impossibile ẽ tempus esse infinitũ alijs duobus existẽtibus finitis. Sed contra tẽpus in quo mouetur celũ saturni est infinitũ ⁊ tamẽ celuʒ saturni et motor eius sũt ẽtia finita quia celum saturni mouetur ab angelo finite virtutis vel saltẽ moueri potest qꝛ est ĩfatigabilis et incorruptibilis vnde ita facile ẽ sibi mouere post 100. annos sicut ĩ principio. Dicẽdum ꝙ motor saturni nõ est infinite ꝟtutis sicut nec sol qui secũdũ philo. agit ꝑ tẽpus ĩfinitũ in hec inferiora quia angelus mouens saturnũ nõ est per se causa illius infinitatis qua celum saturni dicitur moueri per tẽpus infinitũ vt postea dicetur.

¶ Conclusio respõsiua deus est infinite virtutis probatur quia motus celi est infinitꝰ ergo ꝓsupponit motorẽ infinitũ. Et si queratur quomodo motus celi est infinitus dicendũ secũdum ari. ꝙ est infinitus ex parte magnitudinis resũpte ⁊ iterate vnde celũ infinities circuit terram et sic motus celi ẽ infinitus ꝑ accidẽs et a motore ĩfinito.

cientem. Item Sāctus. T.8. phi. lec.3a. cum phi.
reprehendit empedoclem qui non assignauit cau-
sam quare res per annectia magis fiunt in vno tē-
pore q̄3 in alio Dicebant quidam q̄ non oportebat
illius assignare aliquam causam quia hoc erat ne
cessarium vnde dicit ibidem sanct⁹ tho q̄ conclusi
ones perpetue habent causā non autē principia
Ex quo videtur q̄ aliq̄ enunciabilia necessaria hn̄t
causam et aliqua non. Et propter hoc quidā dicūt
essentias rerū fuisse ab eterno vt hoīem esse aīal ꝛ
hoīem esse risibilē Anteq̄3 enī homo produceretur
homo nō erat puru3 nichil sicut chimera alias enī
nichil esset magis nichil q̄3 aliud quia vnum nichil
est possibile non aūt aliud. Item per locū a ɔmuta-
ta proportiōe. sicut se habet ens et non ens ita pos
sibile ad impossibile ergo sicut se habet ens possibi
le ita se habet non ens ad impossibile. Sed omne
ens est possibile ergo oē non ens. simplr̄ est ipossi-
bile. Si ergo homo ante suā existētiā esset nō ens
sequeretur q̄ esset vnū impossibile nec possent dif
finiri quia nichil diffinit nisi sit ens ratū. Et p ɔn̄s
nisi sit scd̄m suā essentiā. Et si queratur quomō res
potuit prius fuisse scd̄m essentiā q̄3 scd̄3 existentiā
Dicendū q̄ eedē littere prius pducuntur a corde
q̄3 a manu. Cum ergo existentia et esse distingūtur
non videtur qui vnu3 potuit esse ab eterno et non
aliud. Nec incōuenit deū aliquid velle necessitate
nature. Sicut vult lapidē non esse deum. Quomō
autem principia necessaria ɔsequūtur diuinā pro-
uidētia3 patuit supra ex.s.t. de ve.q.5a.ar.2.ad 7m
Et primo phi tactus est alter modus de essentia re
rum. Notandū q̄ tenētes precepta decalogi indis
pensabilia dicūt deū non posse producere hominē
nisi sit obligatus per legē ꝛ sic est ibi necessitas sup
positionis tm̄.

¶ Ad 11m dicūt quidā ad p̄teritū esse potentiā ab
solute loquendo vn̄ de⁹ pōt nō sciuisse forte pecca
turū. Alias necessitate absoluta peccaret ꝛ nūc es-
set necessariū absolute me peccasse. Et sic pctm̄ si-
bi non deberet iputari. Itē sequeretur ī casu deu3
nichil posse pducere. potētia sua absoluta Pona-
mus enī q̄ reuelauerit se nichil producturū tūc vel
ista reuelatio absolute pōt non fuisse ꝛ sic habetur
intentū vel nō. ꝛ tūc seq̄tur q̄ necessario absolute
ita eueniet. Ite3 scia dei nō tollit ɔtingentiā. ergo
stat deū sciuisse hoc fore et tamē potuit nō sciuisse
Item quicquid habet ratione3 entis idest quod nō
implicat contradictionem ex terminis. cadit sub
oīpotentia dei. 1. pte. q.25 ar.3o. Sed Adā non fuis
se non implicat ex termis Similiter nec p̄teritum
non fuisse quia anteq̄3 mūdus pduceretur hec erat
vera p̄tentum non fuit quia sua cōtradictoria erat
falsa vnde ista est vera Antechristus preteritus
non fuit quia nichil fuit Antechristus preteritus
Alij aūt rectius dicunt q̄ impossibile est nunc pre-
teritum non fuisse quia implicat ɔtradictionē per
se vt dicit. S.T. pria pte.q.25.ar.4 Quidā dicunt
q̄ addō non fuisse est ens rationis et ideo non est
factibile Sed hoc nichil est. quia deus aliquando
dicitur causa annichilationis ꝛ execationis tamē
annichilatio est ens ratiōis. Dico ergo. q̄ de⁹ bene
vult aliquid necessaº necessitate suppōnis vt dicit
S.T. li.2o. cōtra gen. Et hoc sufficit pro argumen
to. vide. S.T. li.1. ɔtra gen. ca.84. Et.1. parte vbi
supra vn̄ irrationabilit Ali⁹ reprehēdit phm̄ negā
tem potentiā ad preteritū non autem ad p̄sens vel
futurū sicut enī hec implicat contradictionē prete
ritum non fuit ita et ista presens non est vel futuz
non erit īmo ex hoc q̄ presens potest nō esse argui
tur q̄ deus potest facere genitum nō esse quia act⁹
voluntatis qui nunc primo est nunc est geniti ergo
genitum potest non esse contra aris.6.ethi. sed cō-

tra si ad preteritũ esset potẽtia ergo de preteritis est consiliũ sicut de futuris.

¶ Ad 12m dictum est supra q̃ annichilatio non est malum quia non omnis priuatio est in aliquo subiecto et ideo proprie annichilatio non est malus maluʒ q̃ amittere digitum Sed dices annichilatio est fugienda ergo est mala. negatur ɔña. Ad aliud dictũ est scd̃o phisi.

¶ Ad 13m dr̃ q̃ deus nõ est causa contingens rerũ sed libera de ve. q. 23. ar. 1. ad 1m ꝛ cõcedo q̃ nolens antixp̃ʒ fore possibiliter est deus ꝓpter ampliationem subiecti Et ideo ille discurs⁹ nõ valet q² in cõsequente nõ est ampliatio. Et ad aliud pʒ in prin° octaui.

¶ Ad 14m dicit q̃ ibi est necessitas suppõnis Nec ista est vera de⁹ põt incipere velle hoc esse futuruʒ q² ex hoc seq̃tur mutatio in deo vt dicit. s. t. de ve. q. 23. ar. 4° ad 12m. De habitudine autem dicitur q̃ sequitur determinationẽ diuine volũtatis. Et illa habitudo est necessaria necessitate imutabilitatis Si dicatur. Posse et velle in deo sunt idẽ sed deus necessario põt quicquid põt et necessario scit quicq̃d scit ergo necessario absolute vult quicquid vult Negatur consequentia quia ista differũt ratione. Quidam dicunt q̃ deus dicitur aliquod futurum sciuisse necessitate absoluta id est cathegorice hoc est sciuit et ita erit. Sed hoc non videtur sufficere quia li. 1. contra gentiles. ca. 82. assignat causam quare deus alia a se ex necessitate sciat non autem ex necessitate velit quia res intelligitur secundum q̃ similitudo eius est in intelligente Non sic autem est de voluntate. Et ideʒ habetur de veritate. q. 23. ar. quarto ad 13m vide prima parte. q. 14. ar. 13. ad scd̃m et de veri. q. 2. ar. 12. ad 7m. Et per hoc patet ad 15m Et ex dictis in secundo phi.

¶ Ad 16m dicit san. tho. li. 1. contra gẽtiles ca. 83. ad 3m q̃ voluntas dei a nullo exteriori determinat sed forte per suam cognitionem.

¶ Ad 17m dicit San. Tho. in 1. di. 45. q. 1. ar. 3. ad quintum q̃ demonstratio que facit scientiam de re sumitur ex causis proximis rei que nõ sunt diuina volũtas Et iõ quãdo phũs nãlis q̃rit quare hoc fit non est intentio sua inquirere de voluntate diuina sed de causis secundis per quas deus voluit res producere.

¶ Ad 18m dicitur q̃ illa sunt vera de voluntate limitata Et ad aliud dicit Sã. Tho. de veri. q. 23. ar. primo ad 4m q̃ laus stricte capiendo debetur hijs que sunt ad finem. Tamen eam cõius accipiendo vel forte proprie conuenit deo scd̃m rei veritatem

¶ Ad 19m diuersi diuersimode sentiunt de phõ et Cõmen. Gregorius Scotus Okam. et Holcot dicunt scd̃m phm̃ deum agere necessitate nature saltem aliqua Et si dicatur. scd̃m Sco. deus est infinite po° apud aris. ergo agit scd̃ʒ totã virtutẽ mouendo celum. Quidam dicunt q̃ agens naturale non necessario agit scd̃m vltimum sue potentie quia intellectus agens est agens naturale respectu intellectus possibilis Et tamen non semper mouet ipsum secundum extremum sue potentie.

Si dicatur ex quo secunduʒ phm̃ causa proxima primi celi est deus necessario agens ergo hec erit vera demõstratio secũduʒ eum procedẽs a causa deus est ergo celum est. Forte dicis q̃ deus nõ est causa efficiẽs celi quia vt dicitur 2°. phi. Causa efficiẽs est que agit per motum et ideo est tm̃ causa finalis celi hoc nichil facit, quia a causa finali fit potissima demonstratio cum sit potissima causa 1. posterio. 4. Forte dicis q̃ finis non est causa proxima et intrinseca et ideo ex eo non fit potissima demõstratio s. t. in 1. d. 45. ar. 3. ad 5. et 7°. meta. lec. 13. sʒ hoc nichil facit ad propositum siue ibi sit demõstratio siue nõ Alii dicũt q̃ secũdum philo. non habetur expresse q̃ deus agat necessitate nature nec a cõmentatore quia non est verisimile q̃ s. t. censor auerrois ipsum nõ reprehẽdisset li. 2. cõ gẽ. ca. 23. vl̃ in alijs locis ca. enim 26°. reprehendit solum auicẽnam herens quo 2. q. 3. dicit q̃ dicentibus deum agere necessario remanent difficultates humano ingenio insolubiles vnde potest sic argui secundum philosophum aliquis est bene fortunatus et causa hui⁹ aliquando est deus secundum aristotelem in fine libri de bona fortuna. Et in libro de secretis secretorum dicit quod solus deus facit miracula. et ꝓbabile est scd̃m ipsum animã a solo deo creari ergo scd̃m ari. deus aliqua libere imediate ꝓducit et licet voluntas dei ratione sue libertatis sit causa ad vtrũlibet nõ tm̃ ɔtingẽs q² mutabilitatẽ iportat scd̃m s. t in 1. d. 45. ar. 3. ad 3m. Si querat vtrum deus sit omniũ causa totalis ꝛ imediata hoc patebit articulo sequẽte et q̃ñ declarabit hec ꝓpositio quicq̃d est causa cause ẽ causa causati. Ex qua iferꝛ scd̃ʒ phi. deũ causare etiã hec iferiora vñ auerrois agit gratias deo ꝓpter itentionẽ expositionis per regulationẽ vñ non bene dictũ est scd̃m ari. q̃ deus sit tm̃ causa rerũ per modũ finis q² si aliq̃d habeat causã finalẽ oportet q̃ habeat efficiẽteʒ q² si habet causã q̃ñtum est ex se potest nõ esse ergo oportet q̃ ab aliquo ꝓducatur effectiue. Si dicatur 2ª. intelligẽtia est ꝑfectior re corporali ergo tm̃ habet vnaʒ causẽ scʒ finalẽ negatur ɔsequẽtia. Nec est icõueniens i deo causaʒ finalẽ et efficiẽtem cõcedere licet autẽ de⁹ nõ agat necessario absolute tamẽ vult res esse quadã necessitate imutabilitatis nec de⁹ concurrit ad aquã tanq̃ȝ volẽs ipsaʒ non corrũpi sʒ pro aliquo tẽpore eam cõseruat. Si queratur an aliq̃d influat ipsi aque vt resistat igni ꝑter formã substãtialẽ ꝛ frigiditatẽ patet ex supradictis. Sed queritur an scd̃m phi. intelligẽtie alie a deo agãt vl̃ producãt motus suoꝝ celoꝝ necessitate nature dicẽdũ sicut de deo vl̃ aliqui dicerẽt q̃ cuicũq̃ȝ adherẽt immobilit adherẽt sed hoc nichil valet q² aliquando cessabunt a motu celi secunduʒ veritatẽ nõ tamen secundum philo.

AD 3m. sic procedit videtur q̃ de⁹ non sit in oĩetẽ q² cõmunis animi cõceptio est scd̃m boe. incorporalia in loco non esse sʒ de⁹ est icorporeus vnde non est virt⁹ ia magnitudine secũdum phi. ergo non

est in loco Et per cõsequēs non est in oriente vel in circūferentia primi celi. Itē phūs dicit scđo celi q extra celū sunt entia inalterabilia optimā vitā ducentia ergo intelligentie non sūt in aliqua pte celi. Sed contra est philo.

¶ Respondeo dicendū q postq̄ phūs ostendit primū motorē esse imutabilem et infinite virtutis. Hic T.C.84. ostendit ipsū esse in circulo primi celi qr oīs motus q̄to est propinquior primo mouenti tanto est velocior et magis recipit impressionē mouētis. Sed ita videm⁹ in motu tot⁹ firmamēti q̄ est a primo motore imobili q q̄to aliqđ mobile magis appropinquat supreme circūferētie tanto citi⁹ mouetur ergo motor est in circulo et non in centro. Et in hac minore loquimur de motu diurno celorū et non de motu ꝓprio planetarū qr saturnus tardissime mouetur vt hic dicit sctūs tho. loquēdo de motu ꝓprio Et stelle fixe cōplent ꝓpriū motū per 36 milia annorum. Si dicatur Prim⁹ motor non habet magnitudinē ergo, non habet determiatum sitū in aliquo corpore. ergo non est in circulo. Dicendū q non est in circulo per determiationē sue subē sȝ p efficientiam mot⁹ qr ex aliqua pte sui mobilis incipit moue re Et ideo ponꝰ dr̄ esse in celo q̄ȝ in terra. Et potius in oriēte nostri orizōtis vel alioꝝ q̄ȝ in alia pte per influentiā mot⁹. Si dicat̄ Ois mot⁹ incipit ab aliquo imobili sȝ in celo nō pōt assignari ps imobilis ergo in celo non incipit mot⁹ Dicit. s. t. q principiū imobilitatis est ex fixione centri. ¶ Sȝ dubitatur an scđm sniām phi deus sit vbiqȝ scđm essentiā Pro illo notandū est q coiter tripl'r aliquid dr̄ esse in loco. s. circūscriptiue. diffinitiue et repletiue illud est circūscriptiue in loco qñ vna pars locati est in vna parte loci. Diffinitiue aūt quod sic est in vno loco q non est in alio et sic corpora et angeli sunt in loco diffinitiue Angel⁹ autem nō est in loco primo⁹ Nec de⁹ p. s. t. diffinitiue sȝ repletiue. Corpora aūt dicuntur esse in loco repletiue inq̄tū non ꝯpatiuntur aliqua corpora. Sȝ nō sic est de deo q̄ per hoc dr̄ oīa loca replere qr oib⁹ locatis dat esse. Tūc videt̄ dicēdum q si deus scđm phm̄ sit oīȝ proxia causa efficiēs q ēt sit vbiqȝ qr mouēs est simul cū moto vt dr̄ 7ª phi. Si q̄ratur de aliis intelligētiis q̄modo sūt in loco. Quidā dicunt q sūt i loco per suā essentiā Sed ꝯtra scđm Theolo. Angelus pōt esse in loco maiori vel minori vt in puncto et nūc est in isto loco et non in illo. Ratio aūt huius non est tm̄ essentia eius ideo dicit. s. t. 1. pte. q. 52. q angelus est in loco equiuoce. s. per applicationem sue virtutis ad aliquem locum vnde non continetur a loco sed econuerso.

¶ Contra hec ar̄ qr ex hoc q de⁹ est p̄sēs oībus sequitur q in oībus opat̄ ergo pri⁹ est deuȝ esse in aliquo q̄ȝ ipm opari. Et ita videt̄ dicendū de qualibet alia subā intellectuali. ergo pri⁹ est angelū esse in loco q̄ȝ ipsum opari. Itē angelus operat̄ in toto celo ipsū mouendo tm̄ nō est in toto celo forte dicis q prio mouet vnā ptē Contra scđm rei ꝟitatē q̄libet pūct⁹ in celo est oriēs successiue et null⁹ est alio capacior motionis. nec ex rei natura est dexter aut sinister. Cōfirmat̄ qr nō ꝯtingit angelū rotari ad motū alicui⁹ determiate partis i qua q̄escat motu per se. Nec etiā poni pōt q̄si q̄escens Et q iuxta eū sit pars fluens post ptē. mouēte eo partē sibi p̄sentez Non em̄ est assignare in q̄ quiescat p opationē.

¶ Scđo illud qđ est angelo rō essendi in loco est i eo for̄aliter ergo non est operatio transiens. Item illa operatio est cōmensuratiue in loco per accidēs ergo si hac sola angelus est i loco/cōmēsuratiue angelus est in loco et precise per accidēs quod tamē est falsum quia per se est in loco eomodo quo est in loco

¶ Tertio nam damascenus cui ista opinio innitit̄ non facit pro ea quod ptȝ primo qr semper copulat adesse ad id q est operari ergo adesse et operari nō sūt idem. secūdo qr ipse assētit gregorio theologo dicēti q ante corpora angeli sūt creati et tūc operabātur circa locū illa itelligēdo et tamē nō erant in loco igit̄. Item ar̄ aut iste ꝯtact⁹ virtutis est operatio trāsiens aut p̄sidētia seu ifluxus aut applicatio virtutis aut vnius ꝟtutis nō primū qr sunt in celo empireo i quo nulla talis actio est. nec scđm eādem rationē qr nō apparet quod i celum illud ifluat angel⁹ nec 3m. qr talis applicatio ꝟtutis est posse esse pricipiū actionis eomodo quo dr̄ q triste tāgit cor. Sed hoc nō sufficit nā si ista ꝟtus itelligatur p modum act⁹ incidit in primū mēbruȝ si p modū habit⁹ sic si est sbā angeli habeo itentū q non applicetur loco p substātiaȝ nec applicabitur etiā p virtutem si autē est accidēs cū nō sit corporale sicut nec subiectū erit spūale et per ꝯñs tante abstractionis a situ q̄te est sbā angeli Nec 4m. hoc enim dicere nō sufficit qr illā vnionem querimus nec valet exemplū quod dr̄ de tristicia quia eius apprehēsio causat alterationē in corde ac p hoc tāgere dr̄ sed hoc non est i ꝓposito. Cōfirmat̄ nā articul⁹ 203. sic habet dicere q substātie spūales sūt in loco p operationem et q possūt moueri ab extremo ad extremuȝ nec i medium qr possūt velle operari in extremis et non i medio est error. Si itelligatur sbām sine operatione non esse i loco nec trāsire de loco ad locum error.

¶ Quinto sicut se hȝ q̄titas ad corp⁹ vt sit ei rō essēdi i loco circūscriptiue ita operatio ad angelū diffinitiue sȝ q̄titas subiecto disticta nō est subiecto ratio essēdi i loco ergo nec operatio āgelo si sit subiecto disticta idest trāsiens. Item si sic sequit̄ q idē corp⁹ simul in duob⁹ locis sit in vno circūscriptiue p suam q̄titatez in alio diffinitiue p suam operationem qr sol est in celo circūscriptiue et per suā operationēȝ est in istis iferioribus si ergo per operationē res est in loco seq̄tur q sol est hic.

¶ Sexto Pri⁹ est esse q̄ȝ operari vel applicare virtutem alicui. ergo prius est esse in loco. q̄ȝ applicare suam virtutem illi loco. Item si queratur quare angelus existens in celo non potest operari hic in terra respondetur quia non est ibi vnde in motu presupponitur mouens esse simul cum moto. ergo pri⁹ natura angelus est hic q̄ȝ operetur. ergo non est hic formaliter p opationē vel applicationē.

¶ Septimo vna intelligentia potest agere i aliā ipsā illūinādo et tamen vna non est in alia. Forte

dicis ꝙ per tales operationes angelus nō ē i aliquo Contra per tales operationes et non per alias infertur ꝙ deus est vbiqꝫ et per cōsequēs in angelo Item omne quod ē i loco habet situm sed āgelus non habet situm qꝛ situs vel est differētia q̄titatis vel fūdatur in quātitate Item nō habet vbi vt pꝫ ex diffinitione vbi vt est predicamētū si dicis ꝙ ibi diffinitur tātum vbi circūscriptiuū cōtra tūc nō diffiniretur generalissimuꝫ.

Octauo ꝙ ois locus debet esse imobilis Sed operatio angeli mouētis celum non est imobilis qꝛ mouetur ad motū celi ergo p illā āgelꝰ nō ē i loco Itē pono ꝙ āgelꝰ desinat i hac camera opari absqꝫ hoc ꝙ vadat ad aliuꝫ locū tūc q̄ro t adhuc ē i ista camera vel exiuit vel distat ab ista camera. Si p̄mū. ergo est alicubi sine applicatione virtutis Scdm autez est ꝯtra casū Et 3ᵐ non est possibile sine motu. Itē incipiat de nouo applicare suā virtutē tūc patet ꝙ non mouetur qꝛ non fuit in alio loco. ergo priꝰ fuit in eodem loco in quo nunc est Forte dicis ꝙ nō distat qꝛ nusq̄ꝫ est Contra singularia sunt hic et nunc Sed hic angelus semp est singularis ergo sēper ē in aliquo loco. Itē quero de aīabus miserorum loquens facit duas ꝯñas si miseri nō sunt apud inferos ergo nusq̄ꝫ sunt. Et vltra nusq̄ꝫ sunt ergo non sunt. Hoc etiā est ꝯtra philo. scdo celi et mundi. vbi dicit ꝙ oēs cōsentiūt celū esse locum spirituū.

Nono Demon est in inferno sine applicatione virtutis sue ad illū locū Pōt eñ cessare si velit ab oꝫ actione transeūte. Et nichilominꝰ erit in iferno Item aīa nichil pōt opari ad extra. ergo aīa separata non est in iferno per operationē Añs cōiter ꝯceditur de anima separata ꝙ non potest mouere corpus qꝛ caret potentia motiua organica.

Decimo sequeretur ꝙ plures angeli possent esse simul quia pono ꝙ vnꝰ operet i supficie corporis locati et alꝰ in loco Tūc sūt simul qꝛ sūt in istis superficiebꝰ que sūt simul qꝛ sūt ꝯtigua ergo vltia eorum sūt sil. Itē producat vnꝰ in hoc subiecto albedinē. et alꝰ dulcedinē tūc opatur in eodē ergo sunt simul Forte dicis ꝙ angelus non pōt ꝓducere nisi motū Contra per te angeli sūt in celo empireo per opationē transeuntē tñ non ꝓducūt in eo motum. Itē plures possūt mouere eandē nauē ergo operātur in eodem Et volo ꝙ quilibet agat q̄tum potest forte dicis ꝙ nullus est cā totalis illius motus Sꝫ hoc nō reqritur quia deus et angelus tunc nō possent esse simul.

Undecimo q̄ro in quo fundatur angelū esse in loco vel eñ fundat in essētia angeli vel in potētijs eius Si p̄mū. hētur intētū Forte dicis ꝙ angeluꝫ esse in loco dicit quēdā respectum Et iste respectꝰ fundatur in applicatione v̄tutis Tūc q̄ritur de applicatione istiꝰ v̄tutis in q̄ fundat. Si in loco. ergo esse in loco erit subiectiue in loco qd̄ est fl̄m. Item corpꝰ nō est in loco foraliter p q̄titatē. ergo nec angelꝰ p ꝯtactum v̄tutis. Añs pꝫ qꝛ posset deꝰ ponere lapidē q̄tum extra celū q̄ m nullo loco esset licꝫ haberet q̄titatē. Itē aīa xp̄i fuit in iferuu scdꝫ substantiā et non solum scdm operationem.

Duodecimo vel angelꝰ pōt idifferēter esse in loco magno t puo Et si sic videt ꝙ sit ifinite virtutis qꝛ esse in loco pedali est alicuiꝰ v̄tutis Et esse i minori est maioris virtutis t sic in ifinitū qꝛ posse vti sua virtute actiua infinitis modis videt reqrere infinitā virtutē. Itē tūc posset sil esse in celo t in terra qꝛ pōt esse in quadrato ergo t in quadrāgulo sibi equali Sꝫ talis quadrāgulus pōt tangere celū t terraꝫ vñ corrigia fortis posset diuidi in ptes ꝓportionales scdm longitudinē sic ꝙ si ille ptes ꝯtinuarētur. extenderent a terra vsqꝫ ad celum.

Tertiodecimo effectus formalis non potest a deo fieri sine sua cā nec ecōuerso sꝫ deꝰ potest facere operationē ageli absqꝫ āgelo et per ꝯñs absqꝫ hoc ꝙ angelus sit in loco ergo intelligētia non est formaliter in loco per operationē. Item p̄roijciat angelꝰ duos lapides vnū sursū et aliuꝫ deorsū tūc angelꝰ operatur i illis duobꝰ lapidibꝰ et tñ non oportet ꝙ sit in illis duobꝰ Item tunc angelus mouens celum esset simul i oriēte et i occidēte qꝛ aliquas operationes pet celū habet in occidēte quas non habet in oriēte vl ecōuerso vnde alique herbe producūtur in vno loco t non i alio vnde afini t oliua nō producūtur in quolibet loco phi. etiā dicit ꝙ in celo āte t retro distigūtur ex natura rei ergo aliqua est ifluētia i parte āteriori celi t alia i alia parte que est retrorsū.

Quartodecio arꝫ ꝙ deꝰ nō sit vbiqꝫ ꝓpter rationē assignatā qꝛ licet mouēs t motū sit simul tñ mouēs nō est realiter i moto ergo p hoc non ꝓbatur ꝙ deꝰ sit i qualibet re. Itē mouens nō est simul cū moto p suā essētiaꝫ sꝫ tm̄ per suā virtutē alias essētia solis esset vbiqꝫ ergo ex illa propositione phi. non ꝓbatur deū esse vbiqꝫ.

Quītodecimo falsū est ꝙ mouēs sit simul cū moto qꝛ sol ꝓducit formā substātialē in istis iferioribꝰ et tñ nō est simul cū eis Forte dicis ꝙ sol nō ꝓducit sbām imediate sꝫ p radiū solis qui est i istis iferioribus Cōtra ille radiꝰ est accñs ergo nō ꝓducit substātiam qꝛ causa equiuoca excedit effectū. Forte dicis ꝙ radiꝰ i v̄tute solis ꝓducit formā subālē. Cōtra vl illa v̄tus est accñs et tūc stat arguᵐ qꝛ illa virtus non est nobilior substantia vel est substātia solis t tunc habetur intētum.

Sextodecimo arꝫ ad idē qꝛ sol generat mineralia ifra trā t tamē nec radiꝰ solis nec calor penetrat terrā ergo deꝰ qui ē maioris pfectionis potest agere vbi nō est vnde potest agē extra mūdū et tñ nō est extra mūdū. Itē prius est creaturā esse q̄ꝫ deum esse p̄sērem ergo deꝰ nō est formalit̄ p̄sēs qꝛ producit creaturā añs pꝫ qꝛ nō est trāsitus de ꝯtradictorio i ꝯtradictoriū nisi mutatione p̄supposita sed deus fit de nō p̄sēte p̄sēs ergo oportet ꝙ ibi aliqua mutatio p̄supponat ergo p̄supponit creatura.

Decimoseptimo omnia sunt in deo ergo deus non est in omnibus alias idem esset in seipso cōtra phi. 4 phi. Item deus non est in tempore ergo non est in loco sed potius cū loco vt dicit anselmꝰ. Item pūctum non est in loco ergo nec deꝰ ergo nō est in omni loco idest vbiqꝫ. Item deꝰ est causa efficiēs et per ꝯñs extriseca ergo non est i rebꝰ igitur.

Decimooctauo arꝫ adhuc ꝙ mouēs non est simul

cum motoq; sol imediate causat lumẽ in aliquo cor pore hic inferius et tamen non est hic. Forte dicis q̃ lumen quod est hic causatur a lumi'ne ubi ppiquo Contra omne pricipiũ actiuũ equaliter ad prima tum diuersis eque passiuis et eque dispositis remo to impedimento, habet equales effectus in illis sed quã lumen trãsit p foramen' vsq; ad corpus opacum non causat lumen in aere qui est a latere ergo nec aliud lumen quod est scd̃m lineam rectã vsq; ad cor pus oppacum. Forte dicis q̃ lumen habet virtutez a sole vt causet in directũ et non a latere Contra lu men pductũ a sole vsq; ad lunam reuerberatur ver sus nos. Item idẽ argumẽtum fieret de illa virtu te que est agens naturale.

¶ Decimonono vel deus est vbiq; p operationem sicut alie intelligẽtie sunt in loco per operationez vel aliomodo. Si primũ sequeretur q̃ non esset ali ud deũ esse in creaturis p essẽtiam et p potentiam quia nõ est nisi vnomodo in rebus sc; p operationẽ et sic etiam rex est ĩ toto suo regno Item si idẽ esset deum operari et esse in rebus ergo sequeret̃ vbi est deus poterit respõderi q̃ creat sicut si q̃stitas ꝛ qua litas essent idẽ tũc ad questionem factam p q̃stum posset respõderi de qualitate si 2m. de ẽ ille modus.

¶ Ad primũ dicitur scd̃m. s. t. in. 1. d. 37. q. 2. ar. 1. q̃ nulla subã separata est in loco nisi p operationẽ Et si di catur tũc hic esset petitio pricipij de⁹ operatur hic ergo est in isto loco quia idem esset sensus anteceden dẽtis et 9ñtis dicẽdum q̃ non est idez sẽsus ymmo prius est deum operari ad extra q̃ esse presentem Similiter prius est angelũ operari q̃ sit presẽs rei Ad aliud dr̃ q̃ prim⁹ angel⁹ nec mouetur p se nec p accidẽs. s. t. 1. parte q. 51. ar. 3. 3m. etiã secũdũ phi. quia motor celi est ĩ toto celo. s. t. in 2. di. 8 ar. 4. 4m Sed cõtra primus motor est 9tinue in alia et ĩ alia parte ergo mouetur per accidens. Item moueri p accñs nichil aliud ẽ q̃ esse diffinitiue in aliquo q̃d mouetur Sed celũ in quo ẽ angelus mouetur igr̃ et eodemmodo probaretur q̃ deus mouetur p acci dẽs si secũdũ aristo. sit tm̃ ĩ oriente ph̃ãs tamẽ ne gat deum moueri per accidens Et ideo forte dice ret q̃ cõsequẽtia non valet q2 nõ sequitur angelus est in celo q̃sto ergo est q̃stus per accidens vt patz de anima rationali que est in corpore quanto et tamen nullomõ est quãta Item nõ sequitur motor est in corpore lucido ergo est lucidus vel coloratus per accidens Item ãgelus nõ cõtinuatur celo er go non mouetur per accidens Et hoc etiã probãt quidam quia ph̃us 12o. metha dicit aliquã esse sub stantiã imutabilem et postea querit An sit vna vel plures et ostendit q̃ sunt plures scd̃m numerũ ce lorum et commẽtator 12. methaphisices T. C. 30. vult q̃ omnis motor sit actio pura Et omnino im motus tam essentialiter q̃ accidentaliter Alias motus non esset etern⁹ q2 impossibile est q̃ motum per accidens moueat perpetuo. Apud. sã. t. autem non inconuenit inferiores motores scd̃m ph̃m per accidẽs moueri vt tactũ fuit superius. s. t. de spiri. ar. 6. ad 9m. Preterea quidã dicunt q̃ in celo vna pars est magis capax motus q̃ alia Sed contra or bis est vniformis Forte dicis q̃ deus determinauit vnã hoc est falsum quia illa pars que nũc est in oriẽ te postea e ĩ in occidente Sed de hoc scd̃o celi. z. s. t in 2o dis. 14. ar. 3. ad. quartum. Pro nunc dico q̃ an gelus applicat suam virtutẽ primo vni parti vt di cit San. Tho. 1. p. q. 52. ar. 2. Et ideo angelus ẽ tm̃ in oriente posset queri. An hec applicatio duret p tempus et si sic quomõ angelus nõ mouetur a quo immediate est applicatio.

¶ Ad 2m negatur antecedens q2 nõ est in loco cir cũscriptiue vnde agens agit per actionem et tamẽ materiale actionis est in passo. Ad aliud negant quidam 9ñam Sed san. tho. in 1o. d. 37. q. 3. ar. 1. ad 3m dicit q̃ operatio angeli non est in loco vt locatũ sed vt perfectio locati quia est operatio agentis q̃ semper est perfectio patientis. Sed queritur an p illam operationem angelus sit per se in loco Dicit san. tho. ibidẽ ad scd̃m q̃ esse in loco vt in loco. non conuenit angelo nisi per accidens inq̃stum. s. corp⁹ cui applicatur est in loco. Sed esse ĩ loco vt operãs in operato 9uenit angelo Et sic est p se in loco Si cut punctum est per se in loco vt terminus et non vt locatum ¶ Ad 3m dicitur quo ad nostrã opinionem expresse tenet. Gregorius nazãzenus dicere cũ de bemus angelus hic operatur abusiue inquit dicim⁹ angelum hic esse. Et ly et tenetur expositiue No ta tamen q̃ non dicimus angelũ esse ĩ loco proprie per intellectionẽ. nisi forte ex illa intellectiõe pra ctica sequatur exterior operatio Et cum inquritur de ista entitate per quã angelus est in loco. An sic subã vel accidẽs. Absolutũ vel respectiuũ dicit. s. t quo. primo ar. 4o q̃ angelus est in loco per 9tactum virtutis et talem cõtactum possumus vocare opera tionem siue sit motio vel presidentia vel cõtinen tia vel quocũq; alio modo. Et concedo q̃ potest di ci operatio transiens Nec inconuenit illã produci in celo empireo vel in inferno quia non fit per ve rum motum. Si queratur an sit ens absolutum vel respectiuum potest dici q̃ aliqñ est absolutum Ali quando respectiuũ Sed tunc queratur fundamen tum eius et termin⁹ vel est intentionale. s. t. po. 3. 11. 14m vel aliquando habet esse situale ex parte re cepti. s. t. de veri. q. 9. ar. 6 2m Et notandũ q̃ ange lus illuminans alium nil causat in eo et ideo non oportet q̃ sint simul vel prope nec ex hoc seqtur q̃ mouens et motũ non sũt simul. s. t. prima. q. 107. ar. 4o. de veri. q. 22. ar. 9. ad 4m et. q. 9. ar. 5. ad 2m

¶ Ad quartum dr̃ q̃ articuli sunt reuocati vel sibi inuicẽ 9tradicunt Godofredus dicit q̃ indigẽt cor rectione q2 sunt contra sal terre idest. s. t. Henric⁹ dicit se illos non intelligere Egidius dicit q̃ facti sunt ad requestam capitosorum Alij dicunt q̃ tur pe est introducere tales articulos contra sanctum Thomã cuius doctrina in sua canonizatione fuit optime examinata Capreolus dicit in prio. d. 2. q. 3a se fuisse presentẽ p̃sius in 9dẽpnatione aliquo rum articulorum. Et q̃ plus eos mouebat affectio q̃ ratio. Per hoc patet. Ad Scotũ. dicentẽ q̃ reuo catũ in vna vniuersitate. debet vbiq; censeri condẽ pnatum licet excõmunicatio dicat̃ nõ transire ma re vel dyocesim extra de he. ca. ad abolendã Si dica tur essẽtie ãgeli sine opatione ẽ limitata ꝛ fita q̃ p

eam potest eē in loco diffinitiue dicit s.t.i.2.d.37.q.3.ar.1.q rudis est probatio q2 procedit ex equiuocatione finis.

¶ Ad 5m. ptz q non est simile q2 angelus non est i loco ꝯmēsuratiue sicut corpus nec cōtinetur a loco sed potius ecōuerso. Et p hoc ptz ad aliud.

¶ Ad 6m. dicit. s.t.quo.1.ar.4.ad 1m. q nichil ꝓhibet aliquid eē simpliciter quod non est prius q̄3 tū ad hoc sicut subā prius est supficie et tamē substantia colorata non est prior supficie colorata. Preterea dico q ad angelū imediate agere non prequiritur situs. s3 sufficit proportio motoris ad mobile vł ordo nature.

¶ Ad 4m. dicit s.t in 1. vbi supra ar.3.ad 4m. q angelus illuminās nō opatur intra essētiā alterius angeli q2 non est causa eē eius nec illabitur ⁊ ideo quasi exterius operatur cōcedo tn̄ q boni āgeli possunt directe ip̄rimere in itellectu alterius scd̄m.s.t.in 2.d.8 ar.5.ad 6m. preterea dico q angel⁹ non habet sitū in ꝯtinuo licet sit diffinitiue in loco.

¶ Ad 8m. ptz 4.phi. Nec incōuenit apud s.t.āgelum nusq̄3 esse vt ptz in primo ymmo angelus ⁊ beati possūt ire supra celū si velit vt dicit s.t.quo 6.ar 2. q2 non depēdent ab aliquo cōtinēte vn̄ persuasio ciceronis est tn̄ rethorica ⁊ non necessaria quia de⁹ potuit ꝓducere angelos an̄ mūdū et tūc nusq̄3 fuissent sed an motus angeli extra celum sit localis et ad vbi.

¶ Ad. 9m. ptz ex supra dictis.

¶ Ad 10m. videtur q p accidēs duo angeli possūt esse simul. tn̄ de illa motione nauis q̄dam dicunt q nullus illoꝝ est pfecte in loco quia vnius effect⁹ est tn̄ vna causa. et ideo angel⁹ nō est in loco nisi agat toto conatu. Sed cōtra āgelus est i lapide licet nō moueat eū ita velociter sicut posset. Dubitāt quidā an de⁹ posset ponere plures angelos simul. s3 hoc non est p̄sētis speculationis. Similiter si de⁹ posset creare vnū angelū qui eēt tāte ꝟtutis q esset i toto celo an tunc aliq̄s alius angelus descendere posset ⁊ esse in celo cū illo. Item an angelus possit producere colorē quia elementa non sunt colorata quādo ergo assumit corpus visibile ex aere videtur q producat in eo duo accidentia absoluta sc3 figurā et colorē. Sed quicquid sit de hijs non incōuenit angelū producere aliqua accn̄a incōpleta Quidam dicūt q plures angeli possūt esse simul naturaliter sed non formaliter idest scd̄m eandē opationē. Si dicatur Sint duo angeli et vnus ascendat ⁊ alius descendat p eandē lineam An tunc erunt simul qn̄ sibi obuiabunt vel oportebit q vnus faciat locū alteri Forte dices q vnus mouebitur ab vno extremo in aliud non transeundo me diū alias vn⁹ impediret aliū a motu Contra sequeret q aliquod corpus posset esse tante densitatis ⁊ resistētie q p ipsum angelus non posset moueri Negatur consequentia q2 corpus non resistit spiritui vnde corpus et spūs possunt simul esse et propter hoc grego⁹ et Sco. putāt duos angelos posse esse simul q2 i quodā homine dr̄ fuisse legio. Et si vn⁹ angelus esset in meridie alius posset per meridiē ad nos descendere. S.T. oppositam ptem tuetur. sicut de corporibus sed nōne beati per dotē subtilitatis possent simul ascendere et descendere per eandē lineā et sic esse simul quidā dicit q non sūt simul localiter. q2 vnū non expellit aliud et ideo non est ibi vsus q̄titatis. Contra mouentur localiter ergo sunt localiter.

¶ Ad 12m dr̄ q ex hoc non arguitur infinita virtus situt nec mot⁹ licet quocunq3 motu dato adhuc angelus posset velocius moueri alias corp⁹ posset velocius moueri q̄3 angelus posset moueri. Si dicat. Pono q angelus velit moueri scd̄m totū suū conatū. Sed hoc videtur cōtra.s.t.1.parte.q.67.ar.6° vnde angelus potest moueri in duobus instantib⁹ vt dictū est in 6° hybernic⁹ dicit q angelus habet determinatū locū sic q nō potest esse in maiori nec in minori Cōiter tamē hoc no tenetur vnde.s.t.dicit q potest esse in loco diuisibili vel indiuisibili. Non tamē potest esse in loco cuiuscūq3 longitudinis. q2 damascenus dicit q cum angelus est in celo non est in terra. Si dicatur de⁹ potest facere infinitū angelum maioris virtutis q̄3 sit supremus angelus qui nunc est ergo potest facere angelū qui sit in celo et in terra. Concedo. imo secundū phm̄ angelus est in toto celo. Et per consequens in oriente et occidente que plus distant q̄3 celum et terra. Sed contra specialiter dicit motorem esse in oriente. Dicendum secundum San. Tho. in scdo distin. 8.ar.4. ad quartum q ideo dicitur in oriente quia ibi incipit motus si dicatur tunc est in pluribus locis ita bene sicut duo angeli agētes in duas medietates continui sunt in duobus locis. Negatur consequentia sed nonne baculus qui pro parte est i acre et in aqua est in duobus locis ⁊ sic de angelo hic est dubium quid est locus angeli si dicatur q est superficies continentis vt dicitur quarto phisicorum Contra angelus non continetur sed continet per San. Tho. Item nulla q̄titas est actiua per phi. sed locus agit. quia vbi causatur ex circunscriptione loci. Item locus est immobilis non autem supficies sed dices q verum est pro formali tunc quero vbi est istud formale si in polis celi ꝯtra tunc omnes angeli essent in eodem loco formali quia illud est in polis mundi. Item formale non potest tantū distare a materiali quod est superficies nec res mutaret locum si esset formaliter in polo si dicas q est distantia a polo contra tunc locus esset in locato quia ipsum distat a polo. Item moueat deus polos et licet hoc non est naturale ex hoc sequitur q locus ex sui natura non habet imobilitatem si autem locus est ipsum corpus contra nullum corpus primo continet rem. quia semper est diuisibile.

Sed arguitur si āgelus possit esse in loco magno ⁊ paruo Sequeretur q posset simul moueri et quiescere quia postq̄3 fuit i medietate camere faciat se esse in tota tunc in prima medietate quiescit ⁊ mouetur ad secūdam. Itē tunc moueretur ad duo vbi opposita vt capiatur angelus qui possit eē i linea tripedali ⁊ nūc sit i medio pedali ⁊ postea faciat se eē i toto tripedali cui⁹ pri3 pedale sit deorsū ⁊ ter

iū sursum. Et sic idem ascenderet et descenderet et duo vbi opposita essent simul in eodē s. sursum ꝛ deorsum maxime si ꝯcedatur ꝙ idem angelꝰ possit esse in celo ꝛ in terra et sic ꝯtinua essent in eodem. Ad hec quidā ꝯcedūt cōtraria respectiua eē simul non autē absoluta primū ptꝫ qꝛ animal est mouēs ꝛ motum Si dicaṫ cōtraria īferunt ꝯtradictoria. dicēdum hoc verum eē de absolutis. Deinde quidā ꝯcedunt scdm diuersa idē quiescere ꝛ moueri Nec sequitur quiescit ergo nō mouetur absolute. Quidā querunt an angelus possit eē in pluribꝰ locis discontinuis vt si sit in aere et domo vel in duobꝰ parietibus ꝛ annichilet deus aerē medium. Dicit. s. t. in primo ꝙ magistri reputauerūt erroneū dicere angelū posse eē in pluribus locis simul d. 3 q. 3. ar. 2° Si autē sit in sup̄ficie cōuexa celi queriṫ an illa sit locus eiꝰ qꝛ non ꝯtinet eum sic potest queri an sup̄ficies celi tunc cōtineat sup̄ficiē cōuexam sphere ignis videtur ꝙ non qꝛ superficies cōcaua lune ē simul cum alia cōuexa quare ergo vna plus cōtinet aliam ꝙ̄ ecōuerso Itē ex quo locus diffinitur p̄ sup̄ficiem videtur ꝙ nō sit idem cum ea nominales dicunt ꝙ locus est corpus cōtinens. Cōtra tunc aliquid moueretur p̄ se tamē esset in eodē loco qꝛ eēt in eodeꝫ aere cum aer qui est locus sit diuisibilis et in eo fiat motus.

¶ Ad 13m. dicitur ꝙ per actionē angelꝰ non est formaliter in loco sꝫ per respectū qui sequitur istā actionē et ista actio pro materiali est in passo sed pro formali est in agente Ad alia ptꝫ ex dictis. Si queratur; quare intelligētia non poniṫ ī polo antartico cum ille sit dignior. Dicendum quia ibi non incipit motus.

¶ Ad 14m. dicitur ꝙ in corporalibus mouens nō est in moto. Secus autē est de spiritualibꝰ qꝛ cōtactus eorū est infra motum vt dicit s. t. in 1°. 37. q. 1. ar 1. Ad aliud dicitur ꝙ deus scdm suam virtutē est immediate in qualibet re. illa autē virtus est ipsemet vt ptꝫ ibidē ad 4m. Si dicatur deus agit īmediate in qualibet re negatur ꝯn̄a.

¶ Ad 15m. satis ptꝫ ex secūdo phi.

¶ Ad sextūdecimum dicitur ꝙ influētia solis pertingit vsꝙ ad viscera terre nec perfectionis est agere indistans sine presētia qꝛ hoc repugnat cause prime qualis est deꝰ. Ibidē ad 2m Si q̄ratur an deꝰ dicatur esse in demonibus. Dicendum ꝙ nō qꝛ demō dicit deformitatem. Ad aliud ptꝫ ex dictis.

¶ Ad 17. negatur ꝯn̄a quia alius est modus essē di in Ad aliud dicit S. T. in. p̄ri. d. 37. q. secū. ar. p̄ri. ꝙ deus non est in loco scdm ꝙ corpus est ī loco nisi methaphorice. tamen eo modo quo spūs est in loco sic deus ꝓp̄rijssime est in loco.

¶ Ad 18m. dicitur ꝙ lumen nūꝙ̄ agit nisi in directum nisi p̄ reuerberationem.

¶ Ad 19m. dicitur ꝙ deum esse ī loco et deum operati differunt quia primum presupponit secundum similiter angelus dicitur esse in loco per operationem non ꝙ operetur tm̄ sed per illam operationē essentia sua est realiter presens loco.

Ad quartū sic proceditur videtur ꝙ phisicus non possit demonstrare primū motorē esse. quia oīs demōstratio est ex notioribus Sed nichil est notius ꝙ̄ motorem esse vt̄ scdo phisi. dr̄ ꝙ est per se notū naturā esse Itē de subiecto cuiuslibet ꝯōnis supponitur quid est et quia est ergo, aliquā rem esse nō potest esse ꝯclusio demōstrationis Item in qualibꝫ scīa. primū cognitum est subiectum. ergo in demonstratione presuponitur ꝙ cognoscatur subiectū cōclusionis esse. Añs patet. quia oēs alie veritates et noticie resoluūtur ad noticiā subiecti quia subiectum scīe continet virtualiter oēs veritates illius scientie cuius est subiectum. Sed per noticiam subiecti cognoscitur subiectum esse Sed cōtra est philosophus ostendens hic deum esse.

¶ Respondeo dicendum ꝙ hic pōt esse triplex dubium. Primo An propositio de est scdo adiacente possit demonstrari Scdo An ad phisicū p̄tinet demonstrare deū esse. Tertio An primus et proximꝰ motor celi sit ipse deus. Quantū ad primū dr̄ ꝙ sic quia bene sequitur terra posita est inter solem ꝛ lunam ergo eclipsis est. Item 2° posse. dr̄ ꝙ quattuor sūt questiones vere scibiles. quarum vna est de re. An sit ergo hoc est scibile vnde sequitur lumen est ergo sol est vel aliud corpus luminosum. Sed q̄ntū ad 2m dubiū est. an meta possit primo et ex proprijs probare genus subārum separatarū esse. idest Secluso motu An possit demonstrari ꝙ deus est et seclusa naturali phīa demonstretur deum esse. Alexander dicit ꝙ ad metaphisicū pertinet. Et idē dicit Auicenna. vnde propter hoc dicit ꝙ subā separata nō est subiectum meta. quia metaphisicus ostēdit substantiam separatā esse idem tenet Albertꝰ in fine. 1. phi. Auerroys autem est contrarie opinionis vnde. dicit ꝙ metaphisicus non potest nisi per media phisicalia probare deum esse. Sed contra deum esse ostenditur ex hoc ꝙ non est processus in infinitum in causis agentibus quia in omni ordine est dare primum medium et vltimum ꝛ hec ratio est metaphisicalis. Item intelligentie sunt a deo effectiue sine motu ergo secluso motu potest ostendi ꝙ deus est. Sed nonne noticia istorum mediorum aliqualiter dependet ex motu. Videtur ꝙ sic quia numerum substantiarum separatarū probatur philosophus ex numero celorum. Numerum autem celorum cognoscimus per motum. Item probamus substantias separatas esse per effectum. Sed effectus earum est motus. ergo a motu depēdet cognitio substantiarum separatarum.

¶ Quantum ad tertium dissentio est inter Auicēnam et alios doctores. et veritatem fidei quia secūdum sententiam fidei celum mouetur ab angelo Sed vt dicit San. Tho. in. 2. di. 14. ar. 3. Auicēna dicit ꝙ primus motus non est immediate a deo Sꝫ deus immediate produxit vnam intelligentiam q̄ immediate mouet primū mobile Hec aūt intelligētia producit corpus celi et animam eius. et sic ꝯn̄r Hanc autem multi putant esse opinionem phi hic Sed contra tunc philosophus hic non probaret

deum esse quia sua argumenta solum probant primum et proximum motorem esse. Item commentator octauo phisicorum dicit q primus motor est in circumferentia primi celi et probat quia omnes leges in hoc conueniunt quod deus habitat in celo. ergo scdm phm deus est proximus motor celi. Itē preter proximū motorē phūs non excludit aliā subām separatam esse vnde nūerus subārum separatarum est scdm nūerum celorū 12. meta. ergo pria substāria separata que est deus mouet immediate celum. Item hanc opinionē per varias auctoritates probat Gregori⁹ qr subā que est mensura aliar est de⁹ sed hec est proximus motor primi celi.

Contra hec arguitur Probādo q phūs naturalis non possit pbare deū esse. Primo qr pbare passiones pprias metaphisice ptinet tm ad meta. r nō ad alias sciās. Sed esse abstractū et non abstractū sunt passiones entis quod est subiectū in meta. sicut etiā necessariū et ɔtingens ergo sola pria phia hz istud probare. Item rationes sumpte ex differētijs que sunt necessarium r ɔtingēs ad methaphi. ptinent. Sed ex necessario et ɔtingēti probat deuz esse qr. s. non oīa sūt cōtingentia. Alioqui aliqñ nichil fuisset qr ens contingēs non est ex se determiatum ad esse sed prius habet nō esse q̄ esse ergo in natura aliquid est quod est necesse esse Illud autē vel habet causā sue necessitatis vel nō. Si nō. est deus Si sic queritur de illo. Et cū non sit ire in infinitum oportet deuenire ad aliquod primum. quod est necesse esse.

Scdo probatur deū esse per hoc q aliqua sunt magis et aliqua minus pfecta ergo est deuenire ad aliquod pfectissimū et optimū Ista aūt ratio nō sumitur a motu. ergo non pertinet ad naturalē Item Si naturalis demonstraret deuz esse seqtur q naturalis phia esset prior meta. Sed hoc est fl'z. ergo Consequentia probatur Deus est primum cognitum in metha. Et per te est cognitus per mediū naturale. ergo naturalis est simpliciter prior. Patet consequētia. qr notissimo in meta. est aliquid prius cognitum in naturali phia Item id quod est simpliciter 2⁹ in phisica scz deum esse erit in meta. prima propō simpliciter indemōstrabilis ex quo sequitur q saltē q̄tum ad hanc ɔclusionem deus est. Meta. subalternaret naturali phie quod est expresse flm Alioqui esset ea posterior Patet cōsequentia quia acciperet ab ea hanc propōnem.

Tertio nulla sciētia probat sua principia vt dicitur primo poste. Sed subē abstracte sunt pricipia entis seu corporis mobilis quod est subiectū in naturali phia. ergo naturalis phūs non potest probare substantias abstractas esse.

Quarto probatur q deus non mouet celum immediate. qr moueret in non tpe sed hoc est falsū qr motui repugnat esse in non tpe ergo. Consequentia probatur supponendo duo. Primum q deus est virtutis infinite. Secundū q maior virtus exñs in magnitudine subiectiue. vel approprianue mouet in minori q̄ minor virtus. Tunc arguitur sic Si prima causa mouet in tempore sit ille mot⁹ gratia exempli per horā qui vocetur a. Et sit aliqua causa finite virtutis que moueat aliud mobile per aliqđ tempus quod vocetur b. Constat q inter a. et b. est aliqua determinata proportio. Sit gratia exempli proportio dupla. Ponatur ergo q addantur postea huic virtuti finite alij motores ita q motus ab omnibus istis simul prouenteus sit in tempore minori in duplo q̄ fuerit tempus a. ergo tunc motus a virtute finita erit equalis motui qui est a virtute infinita quod est ipossibile r ɔtra p̄suppositū secunduz. Item tam phi. q̄ cōmē. 8. phisi. assignāt cuilibet celo duos motores scz vnum cōiunctum et alium separatum sed motor separatus primi mobilis est deus ergo non mouet nisi mediante motore cōiuncto.

Quito s. t. in 2. de celo et mūdo. lec. 3. dicit q secūdum platonē et ari. celū est animatum r q mouetur a substātia spirituali ɔiūcta que est sua anima. animata enī mouēt se vñ ex hoc phi. infert q i celo sit sursū r deorsū sicut in aīali Item s. t. ibidē dicit q secūdum phi. 8. phi. omnia mobilia necesse est reducere in vnū primū qđ est mouēs seipsū s. celū g celū mouet a seipso actiue r non solū vt pricipiū passiuū sicut qdā posuerūt vt simplici⁹ refert dicētes celū nō esse pprie aīatū p aīam racionalē. Cōtra quos arguit s. t. qr. scdm ari. 12. meta. Primū mouēs s. de⁹ mouet celū sicut desideratū et itellectū ergo celuz habet aīam que desiderat et itelligit et ab hac anima est motus celi sicut a pricipio pricipali e tactiuo prz autē q hec aīa non est deus.

Sexto tūc mouere celū eēt deus qr nichil est in deo qui sit deus sz probo q nō qr mouere celū non sēper fuit deus ergo nec modo est de⁹. Forte dicis q non sēper fuit qr mūdus nō sēper fuit Cōtra deus semp facit quod melius est. sz melius est mūduz esse q̄ non eē qr mūdum non eē nichil est vel non est nisi negatio. Itē si deus scdm phi. imediate moueret celū seqtur q mutatur qr qlibet die pducit nouam circulationē. Et phi. dicit q si deus pduceret mūdum de nouo mutaretur.

Septimo nichil pducitur nisi p motum sz deus est causa primi motus p motum ergo nō pducit ipsum actiue vnde primo de ge. dicitur q licet omne agens sit mouēs nō tamē ɔuerso. Ex quo videt q deus non agit. Itē tūc motus celi nō eēt naturalis sz esset volūtarius pro q̄to est a voluntate dei.

Octauo ex hoc seqret q in deo eēt potētialitas et sic non eēt act⁹ purus probatur qr omne vnituz alteri non est pur⁹ act⁹ sz deus vniret primo celo vt motor mobili. Item de⁹ est vbi operatur sed dictuz est supra q virt⁹ dei non est in magnitudine ergo nō mouet magnitudinem.

Ad primum. Quidam dicunt sāctum thomā eē eiusdē opinionis cū cōmentatore. Sed cōtra in fine 1. phi. dicit cum philo. q s. ad illam phiam idest meta. pertinet determinare multitudinē formarū Et 8. phisicor. lectione .1. dicit q ad metaphisicum pertinet scire ɔitatē huī⁹ an de⁹ sit vñ angli possūt sciētifice scire deum esse et tamen ipsi non cognoscunt deum p motum sed per alias creaturas ergo secluso motu potest demōstrari q de⁹ ē potest tamē respōderi ad rationes Ad pri^m. dr̄ q aliq passiōes

sub distinctione demonstrantur de ente in phisica qꝛ mobilitas vel imobilitas est passio entis. Et determinans de mobilitate habet determinare de imobilitate. et aliquod imobile esse quale est deus vnde. S. T. vbi supra dicit ꝙ efficacissima via ad probandū primū principium esse est ex motu qꝛ Si motus fuit ab eterno. manifestū est motorem semꝑ esse. Et idem patet si ꝯcedatur motum incepisse qꝛ omne nouū indiget aliquo principio inouante. Illoc ergo solo modo poterat videri ꝙ non est necessariū ponere primū principium Si res sūt ab eterno. Et ideo phūs diligenter hic ostendit ꝙ stante mūdi eternitate adhuc opꝫ deuenire ad aliqđ primū pricipiū

¶ Ad scđm dr̄ ꝙ illa magis vel minus perfecta cognoscūtur ex motu saltē a nobis. Quidā dicit ꝙ nō inconuenit idem demonstrari in diuersis scientijs vt dicit. s. t. prima pte. q. 1. ar. 1. ad 2m. Et sic concederetur ꝙ deum esse demonstratur in. 8. phi. et in. 12. meta. Sed aliter dr̄. s. ꝙ de subā sepata habent diuersi conceptus scđm quos diuersimode ꝯsideratur in diuersis scientijs vnde ꝓbare aliquas subās esse sepatas a materia pertinet ad phisicū. cum hoc non possit probari nisi per transmutationē et motū vnde et in isto octauo phūs probat ꝙ prim⁹ motor non est virtus in magnitudine Alio° consideratur subā sepatata sub ratione primi principij et prime cause et sic methaphisicus demōstrat deū esse scđo meta. Sed primum est dubiuꝫ qꝛ videtur ꝙ secluso motu possit probari ꝙ aliqua subā sit separata idest non cōposita ex materia quia sūt nature ex toto intellectuales intelligere aūt est operatio penitus imaterialis ergo intelligentia non habent materiam. s. t. 1. pte. q. 50. ar. 2. Itē Theologus demonstrat deū esse vt pꝫ pria pte. q. 2. ar. 2. et. q. 3. ar. 2. ergo non ad solū phisicū pertinet ista demōstrare Et per hec concordātur a quibusdā Auicen. ⁊ Cōmē.

¶ Et patet solutio ad 3m qꝛ principia ꝯplexa sūt q̄ in scientia non demonstrantur.

¶ Tertio lumen est necessariu₃ ad visionē coloris vt patet per experiētiam. Si dicas q hoc est vt disponat medium. Cōtra idem agens disponit et introducit formam ergo si color sufficit causare suam speciē in medio seqtur q sufficienter disponit ipsū mediū. Item intellectus agens dat fantasmatib⁹ virtutem agendi in intellectū ergo lumē dat colori virtutem agendi igitur ⁊c.

¶ Quarto arguitur q lumē sit corpus quia habet proprietates corporis vnde lumen aliquādo dicit reflecti et refrangi. Item mouetur qr lumen solis venit vsq₃ ad nos. Item habet tres dimensiones ergo est corpus

¶ Quinto lumen gignit subām ergo est subā. Antecedens p₃ per experientiam in speculo concauo. Item duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul sed duo lumina sunt simul qr lula duarū candellarum possunt separari. Si dicis q etiam Impossibile ē duo corpora eē simul ɔtra ferrū ignitū non solum in superficie sed in profundo et sic ibi sunt simul ferrū et ignis.

¶ Sexto arguitur q lumen habet esse intētionale et non naturale qr sensibile naturale positū supra sensum non causat sensationem. Sed lumen pertingens vsq₃ ad pupillam videtur vt dicit. S. Tho. ergo habet esse intentionale. Item illud in quod tendit sensus dicitur intentio. sed sensus vidēdo tendit in lumen et per lumē videmus lucem cum sit species eius ergo lumen est intentio. Nec sequitur est verum ens reale ergo non est intentio quia species que est in medio est verum ens reale. et tamen est intentio.

¶ Septimo arguitur. q lumen non est sensibile p se quia accidit lumini q videatur nō eni videtur nisi propter reflexionem Tum qr radii solares de nocte non apparēt qui tamē intercipiūtur inter nos et celum supra conum piramidis vmbre terre. Tū quia exñs in carcere opaco et tenebroso vbi per opposita foramina transiret radius solaris ita q non reflecteretur ad opacū non videret illum radiū. s. e de veri. q. 14. ar. 8. ad 4m. ppterea dicit q aliquo° non est per se obiectum visus. Item non incōuenit q illud quod est intentio tm̄ videatur per inflexionem quia quando lumen reflectitur ad virides plātas tunc colorantur parietes ita q tunc videntur ipse spēs viriditatis sicut quando sol transit per vitrum rubeū tunc vidēt ille spēs rubee ɔtra parietē et species rerum videntur in speculo vt enim dicit S. T. idem est actus quo quis fertur in rem ⁊ ymaginē rei.

¶ Octauo arguitur cōtra rōnes primo. Illuminatio fit successiue ergo potest dici motus vt dicit empedocles Añs patet aperiendo fenestram ⁊ habitantes in oriente prius habēt scd̄z astrologos diez q̄₃ habitantes in occidente. sol enim successiue mouetur. Item non sequitur habet effectum naturalem ergo est ens naturale ⁊ non intentionale quia stat q sit naturale et intētionale simul Item ex apprehensione sola aliquando sequitur effect⁹ naturalis vt patet in genesi vbi dicūtur oues ex apprehēsione mutasse colorem. ge. 30. Et. s. t. ī opus. dicit ex apprehēsione quendam factum esse leprosum. Sed apprehensio est pura intentio.

Item aris. textu 123. dicit q excellēs sensibile corrumpit sensum vt color sed color non agit nisi per esse intentionale. ergo ens intentionale agit effectum realem si dicas q corrūpit sensu₃ qui consistit in quadā proportione Contra visus non consistit ī proportione colorum cum nō sit coloratus ergo ex hoc non corrumpitur. Item potentia non corrumpitur a proprio obiecto ergo visus non corrumpitur ab aliquo colore sed a specie q̄ est in medio si dicas q corrūpitur per accidens Contra sermo scientificus est per se vide san. tho. 12e. q. 22. ar. 2. 3m sed difficile est scire a quo est ibi imutatio realis.

¶ Nono Si lumen non esset intentio hoc esset qr denominat aerem. Sed contra oīs qualitas denominat subiectum ergo qualitas intētionalis denominat subiectum Forte dicis q qualitas intentionalis nō ē in medio in actu Contra nichil agit nisi sit in actu sed illa qualitas producit visionem ergo est in actu. Item est verum ens reale ⁊ omne accidens denominat subiectum Añs patet quia omē quod recipitur ad modum recipientis recipitur S₃

species coloris recipit̄ i corpore ergo ē corporalis

¶ Decimo queritur quare quedā videtur de nocte vel hoc est q2 cōponūt̄ ex igne et hoc nō q2 oīa mixta sūt ex q̄ttuor elemētis ⁊ tñ nō oīa videt̄ Item talis ignis posset extingui per niuē. Itē quare q̄daz videtur de die et de nocte Alia vero de nocte tantū nō pōt dici ꝙ de se etiā hic distinguit talia a coloratis et lucidis Itē opz mediū esse illuminatum ergo nichil videtur de nocte in tenebris.

¶ Undecimo lumē dr̄ eē. q. forale coloris s. t. de veri. q. 2. ar. 4. ad 4m. et ypostasis colorū ergo lumen nichil aliud est q̄ʒ formale colorꝭ vnde lux pura apparet alba Forte ꝯcedis ꝙ lux sit tota eēntia coloris. Sʒ ꝯtra tūc sūma albedo deberet videri de nocte q2 ibi esset sūmum lumen. Itē aliq̄ lapidea sūt valde obscuri et tamē habēt intēsā albedinē. et aliqua multū habēt de luie. ⁊ tamē non sūt alba vt pʒ de vitro rubeo illuminato. Item oīa luia sūt eiusdē speciei vt videt̄ dicere. S. T. de po. q. 4. ar. 2. ad 3m Sed nō oēs colores sūt formalitet eiusdem spēi Itē tūc albedo ⁊ nigredo nō foraliter ꝯtrarient̄ sʒ potiꝰ nigredo eēt priuatio scʒ carētia lumis

¶ Duodecimo lumē nō est qualitas prima nec secūda ergo nō est q̄litas Itē querit̄ i qua spē q̄litas Si in tertia sequit̄ ꝙ habet contrarium.

¶ Tertiodecimo ar̄ ꝙ res nō vr̄ ꝑ spem q2 q̄rit̄ i q̄ p̄dicamēto est ista spes Forte dicis ꝙ est 3a. spē q̄litatis. Cōtra oē q̄d est i 3a. spē q̄litatis est sēsibile sʒ talis q̄litas nō est sēsibilis igr̄ Itē nichil est assēdū nisi inferat̄ euidēter ex primo principio vl̄ ad sēsū sʒ iste spes nō videt̄ q2 vt dictū est nō sūt possibiles q̄litates nec passiōes q2 tales sūt sēsibiles vt pʒ de rubedine causata ex verecundia Itē in sēsu tactꝰ nō opʒ ponē spēs sʒ sufficit verꝰ calor Nec res i celo causāt talia accidentia licet ibi possēt videri

¶ Quartodecimo ar̄ vl̄ ista spes est eiusdē rōnis cū obiecto vl̄ nō Si primū seq̄t̄ ꝙ ꝯtraria sūt in aere q̄n ꝑ idē mediū videtur albū ⁊ nigrū Itē tūc aer eēt coloratꝰ Si scd̄m Cōtra lumē ē eiusdē rōis cū luce ergo et spēs cū colore Añs pʒ q2 aliss nō seq̄retur Si lumē quod est apud nos sit accidēs ꝙ lux solis sit accidēs et hoc est S. T. de veri. q. 9. 1. 7m. Itē color non habet esse spirituale ergo nec species ab eo ꝓducta q2 agens est tale in actu quale ē passū in potentia Item calor producit in medio calorē eiusdem spēi Item nihil pōt facere cognoscere alterū nisi sit ei simile similitudo autem non est differētia secundū speciē ergo species que est i medio est eiusdē rationis cum obiecto.

¶ Quitodecimo vl̄ ista spēs est extensa vl̄ non. Si primū. cōtra diuisio speculo in qualibet ꝑte videt̄ totū. Sʒ secūdū. Cōtra nichil mouetur nisi extensū. s. i tales spēs mouet̄ ad motū obiecti. Itē querit̄ in q̄ sūt iste spēs Forte dicis ꝙ i toto aere. Contra. se q̄ret̄ ꝙ idē accidēs eēt in duobꝰ subiectis scʒ i materia ⁊ forma aeris. Forte dicis ꝙ hec faciūt vnum Cōtra ad corruptionē respectꝰ nō seq̄tur corruptio alicuiꝰ absoluti corrūpat ergo de illū respectū vnionis ⁊ tūc habet̄ intētuʒ Itē nulla cognitio que fit per speciē est ītuitiua ergo si visꝰ videret ꝑ speciez seq̄tur ꝙ visio est noticia abstractiua.

¶ Sextodecimo ar̄ ꝙ color nō sit obiectū visꝰ quia species videtur ꝓbatur q2 visio fit ꝑ lineā rectā et breuissimā pono ergo ꝙ color cuiꝰ species est in speculo sit michi ꝓpiquior q̄ʒ speculū tūc no video ipsum i speculo q2 video eu ꝑ lineā breuiorē ergo tūc video speciē. Itē si color videt̄ in speculo vl̄ hoc est intuitiue vl̄ abstractiue nō primū q2 ꝑ talē iudicamus de situ rei sʒ illud quod videtur in speculo apparet esse multu vltra speculum.

¶ Decimoseptimo ar̄. ad idem si denarius vel lapis ponat̄ in disco vacuo et post repleat̄ aq̄ post repletionem aque videtur et non ante sʒ hoc nō eēt nisi species denarij videretur. Item antiph. secūdum phi. videbat seipsum in aere ergo videbat speciem suiipsius in aere. Item nullus color est obiectum adequatum visus vt ꝓ̄ductiue. Forte dicis ꝙ color vniuersalis est obiectum visus. Contra visus precedit itellectuʒ sʒ nichil est vniuersale nisi per itellectum ergo color in vniuersali non est obiectum visus. Itē aliq̄d videtur ꝙ non est coloratū s. color et scutū cuius vna medietas est alba ⁊ alia nigra nulla enim species colorati dicitur de illo toto albū enim ⁊ nigrum copulatim nō est ena per se ergo non est species Itē arguit̄ de illo quod habet colorē citra gradū mediū i illo vr̄ tñ nō dʒ dici coloratū Itē a liq̄s color nō pōt vderi. s. christi i eucaristia

¶ Decimooctauo lux videtur ergo color nō est obiectum adequatū. Forte dicis ꝙ lux primo videtur q2 videtur per seipsum non autem color nisi secūdū ꝙ color formaliter est idem ꝙ lux Sʒ contra lux ꝓducit calorem non autem color. Si ꝯcedatur ꝙ color nō est lux ergo nō ꝑ se primo videtur q2 lux ꝑ se 1o vr̄ vmbrā etiā sui paruuli vidēt circa noctem.

¶ Ad 1m. dicitur negando ꝯ̄siam q2 color q̄ʒtum est ex se producit species sʒ medium nō est receptiuuʒ nisi sit illuminatum. Et si dicatur ille qui est in obscuro videt ea que sunt in lumine ergo species causantur in loco in quo non est lumē respōdet. S. T. ꝙ mediū eius qui est in obscuro aliquomodo illuminatur q̄ʒtum scʒ sufficit ad imutationē ipsius lec. 14. Si dicatur visꝰ est vna potētia ergo nichil videt nisi sub vna ratione quod nō esset si color esset per se visibilis non ꝑ virtutē luminis q2 tunc essēt due rationes ꝑ se visibiles scʒ lumē ⁊ color dicit. S. T. ꝙ color nichil aliud ē q̄ʒ lux quedā quodāmodo obscurata ex admixtione corporis opaci vnde non habet virtutē vt faciat mediū in illa dispositione qua sit susceptiuum coloris q̄d tñ potest facere lux pura. Aliud argumetum est sophisticum.

¶ Ad 2m dr̄ ꝙ hoc ē ꝑ accidēs. Sed querit̄ per q̄d lux solis corrumpit visum an. scʒ hoc sit ꝑ suā spēm quā ꝓducit i oculo precise videtur ꝙ non secūdum S. T. quia qualitas intētionalis nō producit effectū naturalem. Ad aliud verum est in generatione substātie ꝙ idem disponit ⁊ agit formā tamē i arte alius facit arma bellica et alius bellat per ipsa.

¶ Per hoc pʒ ad tertiū. Nec est simile de fantasmatibus. que sūt res corporales et intellectꝰ est in corporeus et ideo ex se nō sufficiunt facere intellectionem. Sed circa primū argumētū querit̄. quare non ita bene existens in loco claro vidēt existēs in loco obscuro. sicut e conuerso. Dicendum ꝙ plus requirit̄ de luie ex ꝑte visibilis q̄ʒ ex parte videntis.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ ille proprietates equiuo
ce et methaphorice attribuuntur lumini Non enim
est idem numero lumen quod procedit recte et quod
obliquatur frangendo Sed illud quod non potuit
facere luminosum in directum propter obstaculuz
facit per reflexionem vnde si virtus luminosi essz
exhausta quando peruenit ad opacum tunc nulla
ibi esset reflexio Si dicatur perfectum et imperfe
ctum non sunt simul Sed in aere est radius rectus
ergo in aere non est radius reflexus alias duo lu=
mina essent simul Forte dicis ꝙ sunt vnum lumen
Contra tunc radius rectus esset infinite virtutis
quia radius rectus et reflexus faciunt vnum ergo
est ibi maior reuerberatio ꝙ̄ si solum esset radiꝰ re=
ctus tunc queritur iterum de illo lumine reuerbe=
rato Sed dicendum ꝙ reflectitur non per lineam
rectam sed per lineam obliquam. Ex hoc videtur
ꝙ non quodlibet lumen causatur immediate a sole
qꝛ secluso alio luie nunꝙ̄ causaret lumē reflexum.
Si dicat si lumē causaret aliud lumē gº deberet cau
sare ipsū orbiculariter circa se sicut color et sic non
deberet lumen reflecti plus ad vnam partē ꝙ̄ ad
aliam. Item si candela ponatur a latere tunc per
foramen producitur lumen in partē oppositā can
delle et non foramini. Sed de hoc in 7º. phisi. nec
lumen solis venit ad nos ꝑ motum quia non est idē
num ero sicut lapis qui mouetur. Sꝫ lumē quod est
in medio causat aliud lumē quod est hic apud nos
Et si dicatur lumen egreditur a sole ergo mouetur
Dicatur eodēmodo sicut prius egreditur enim tāꝙ̄
effectus a causa et calor ab igne Si dicatur lumen
figuratur ergo est corpꝰ añs ptꝫ qñ transit per fora
men rotundum vel angulare tūc enim prope fora
men est angulare licet remote fiat rotūdum. Dicē
dum ꝙ hoc est ꝑ accidēs et sic etiā est ꝙ̄tum.

¶ Ad 5m. negatur ꝯña quia non est generās prin
cipale sꝫ instrumentale vt dicit S. T. in 2. d. 13. ar.
3º. ad 3m. Si dicatur lux est species ignis scđm phi.
ergo est substātia vnde ignis diuiditur ꝑ carbonez
flāmam et lucem. Dicēdum ꝙ ari. hoc dixit gratia
exempli. Ad aliud videtur ibidem. ad 2m. S. T. di=
cere ꝙ ꝯiūctio et separatio luminū non est nisi secū
dum intēsionem et remissionem luminis. Si dicat
vnum corpus opacū oppositūz duobus luminaribꝰ
causat duas vmbras quod nō eēt nisi ī medio essēt
duo luminaria qꝛ vmbra non est nisi ꝑuatio lumi=
nis. Item s duobus luminaribꝰ quorū lumina trā
seunt ꝑ vnū foramen fiūt duo fulgores in pariete
opposito quod non esset nisi in foramine ī quo ꝯiū=
guntur subiectiue manerent distincta essētialiter
Item in memoria mea possūt manere due species
duorꝫ hominū alias non possez eorꝫ recordari ergo
duo accidentia eiusdem speciei possūt esse simul.
Dicendū ꝙ due vmbre non sunt ī eadē parte medij
et ideo nō ꝓbatur plura lumina esse simul nec per
vmbram ꝓbatur ꝙ priꝰ fuit aliud lumē sꝫ quod fuit
magis ītensū et in foramine non sunt duo lumina
realiter distīcta. Sꝫ de hijs alias. De ferro dictum
est 4. phisi.

¶ Ad 6m. negat maior de lumine et quidā negāt
de colore vel de alia qualitate relicta in oculo quia
si quis diu inspexerit corpus album super quod ori
tur lux diei tunc si claudat visum adhuc videtur sibi
ꝙ videat album. Et si quis diu aspexerit viridariuz
et postea ponatur in tenebris adhuc videtur sibi ꝙ
videat viridia Forte dicis ꝙ videt colores preteritos
Contra visio est noticia intuitiua que est de re exi
stente per quā scimus rem esse vel nō esse Sꝫ istud
est dubium quia si alia qualitas causata in oculo vi
deatur tunc color non esset obiectum adequatū vi
sus. Ad aliud negatur maior. Sed hic dicitur esse
intentionale quia habet esse debile nō sicut entia
rationis aut motus sed quia solum ordinatur ad re
presentandum aliud. Si dicatur qualitas natura=
lis remanet in subiecto remota causa sua sed nō sic
est de lumine Item quare lumen magis videtur su
per oculum ꝙ̄ color. Dicendum ꝙ hoc nō est de rōe
qualitatis naturalis vt patet de motu et tempore
et angelo qui non est sine deo. De colore dicitur ꝙ
si sit supra visū tunc prohibetur illuminatio pupil=
le et medij et per cōsequens visio.

¶ Ad 7m dicitur ꝙ lux solis est per se visibilis Co
lor etiam est per se visibilis licet non videatur sine
lumine Nec forte incōuenit lumē videre licet non
sit reuerberatum quia exñs in tenebris videt lumē
candele. Nec forte inconuenit spēs per accidens
videri.

¶ Ad 8m dicunt quidam ꝙ illuminatio nata est fie
ri in instanti si scꝫ corpus luīosum in instāti crearet=
tur in aliquo loco. Sed tunc argumentum phi con
tra empedoclem non concluderet. Item Cōmen.
et. S. T. dicunt ꝙ illuminatio que fit in instanti se
quitur motum localem Ideo dicitur ꝙ lumen solis
secundum quālibet lineam rectam fit in instāti Et
de hoc dictum est. 8. phi. Ad aliud sufficit nobis ꝙ
non sit ens pure intentionale. Quidam dicit ꝙ lu
men non est species lucis qꝛ non est similitudo eius
cum sit eiusdē spēi cum luce. Et quando ante ꝙ̄ sit
super nostrum orizontē videntur radij non adhuc
dicimus videre lucē solis. Alij tamē oppositum af
firmant. Sed vtrum lumē videatur per spēm que
sit in potentia visiua. S. T. de ve. q. 10. ar 8. ad 10m
videtur dicere ꝙ sic sicut de colore. Ad aliud dicit
ꝙ non est simile de intentione que est in anima ꝛ q̄
est in aere Ars enī que est ī intellectu artificis vel
domus secundum suum esse intentionale vel finis
vt est in intentione potest esse causa rei.

¶ Ad 9m dicunt quidam sicut aer non dicitur colo
ratus ita non dicitur lucens et cōcedūt aerem pos
se denominari a specie si esset sibi nomen impositū
Sed dico ꝙ est ens incompletum ꝛ imperfectum ꝛ
ideo non denominat.

¶ Ad 10m dicit albertus in libro de homīe. ꝙ cau=
sa lucentie est triplex Prima scꝫ quando cum cali=
do in corruptis partes ignis euolant ad externus
trahentes secum humidum naturale ad superficiē
Secundo in vermiculis non habentibus sanguinē
quia partes ignee congregantur.

Tertio propter conseruationem caloris in loco
frigido vt in piscibus. Quidam dicunt ꝙ in colore
duo sunt materiale scꝫ ꝛ formale. Formale secun=
dum Albertum in libro de homine est esse coloris

quo est actu in potẽtia actiua imutãdi visum ⁊ hoc scꝫ esse visũ habet color a luce ⁊ propter hoc color dicitur esse extremitas perspicui vnde dico ꝙ lux non est formale coloris ab solute sꝫ in cõparatione ad mouẽdum visũ. Notãdum ꝙ albertus tenet lu men celi et elemẽtorũ non esse eiusdem rationis et speciei q꞉ lux solis est icorruptibilis et lux solis videtur esse ꝓprium eius. S. T. aliter videt dice re de. po. vbi supra. Et nota ꝙ formale coloris se cũdum vnũ modum est materiale eius si cõparetur in ordine ad hoc ꝙ est esse actu visũ. S. T. hic lec. 14. dicit ꝙ aliquomodo lux est substãtia coloris et lec. 15. dicit ꝙ visa de nocte habẽt aliquid lucis ex sua cõpositione. Notãdũ tamen ꝙ ignis i sua spe ra non videtur licet habeat lucem lec. 14. propter raritatem.

❡ Ad 11m. dicitur ꝙ lux est qualitas actiua solis et ideo est prima simplicit et albert⁹ videtur eã pone re in prima specie qualitatis libro de homine. S. T. in 3. ponit lumen in tertia specie nec oportet ꝙ habeat ꝯtrariũ q꞉ est qualitas celi. Si dicatur om nis qualitas passibilis fit successiue verũ est si ha beat contrarium.

❡ Ad 13m. quidã dicunt ꝙ ari. non posuit omnes species qualitatis q꞉ venenũ ꝑ aliquam qualitatẽ ificit hominẽ ⁊ illa nec est passio nec passibilis qua litas q꞉ a nullo sẽsu potest sẽtiri speculũ etiã cõfor tans visũ aliquid causat in oculo et tamẽ nõ videt in qua specie ponatur illud Sꝫ tamẽ possẽt ista po ni i prima vel tertia specie. Nec sine ratione docto res ponũt species ad saluãdum apparẽtias quib⁹ bacul⁹ ꝑ parte existens in aqua videretur fractus De sẽsu tact⁹ dicet postea q̃ sẽs⁹ imutat itẽtionalit

❡ Ad 14m. dicitur ꝙ species est alterius rationis nec est simile de lumine et. Notãdum ꝙ duplex est similitudo scꝫ in esse nature. Secũdo ꝑ immutati onem et hoc modo cõceptus dicitur similitudo rei S. T. de ve. q. 8. ar. 11. ad 3m.

❡ Ad 15m. dicitur ꝙ est extẽsa ꝑ accidens. Ad ali ud dicitur ꝙ corrupta vnione nõ manet totũ et per ꝯñs nec accidens. ❡ Ad 16m. dr ꝙ ali quñ idem videtur ꝑ lineam breuẽ et longuam et illa visio est intuitiua tamen ꝓpter reflexionẽ contin git errare circa sitũ rei non autem circa distantiam Quidam querit an sint due visiones quando idem videt in se et in speculo. Dicendum ꝙ non.

❡ Ad 17m dicitur ꝙ spẽs non videtur per se. Ad aliud dicit a bertus ꝙ illi quorum visus debilitat in tempore humido non vident ymaginẽ corã ocu lis suis nisi aer inficiatur vt speculum Sed videt eis propter fluxũ ymaginũ a loco cellule ymagina tiue ad organũ sens⁹ cõis sicut accidit in melenco licis. Ad aliud dictũ est supra an sẽs⁹ sit singulariũ.

❡ Ad 18m dicitur ꝙ lux et color circunloquũtur to tale obiectũ ipsius Color etiã si compararetur ad lu cem dicitur obiectũ materiale vis⁹ Sed per respe ctum ad subãm dicitur formale illud tamen quod proprie videt est coloratũ. 1. pte. q. 45. ar. 4. ad 1m.

❡ Notandũ ꝙ albertus circa visionem mouet plu ra dubia. ❡ Primo videtur ꝙ nullũ visibile debet apparere maius q̃ sit oculus quia spẽs coloris que imprimitur oculo nõ est maior q̃ oculus qui est suũ subiectũ. ❡ Secũdo ꝙ oĩs res debet apparere du pla propter duplicẽ spẽm quã causat i duobus ocu lis. ❡ Tertio videtur ꝙ dextra debet videri si nistra quia dextra rei vise est contra sinistrã partẽ oculi ergo sigillatur ibi. ❡ Quarto quare est ꝙ ali quis diu vectus in naui iudicat res moueri ❡ Quĩ to quare aliqui vident melius alonge. Alij autem melius de prope et in luie lune. ❡ Sexto quare iuxta terrã deponẽs oc'los lõgi⁹ videt q̃ stãs erect⁹

❡ Ad primũ dicitur ꝙ a colorato ꝓcedit piramis cuius basis est res visa et semp tendit ad acutiem vsqꝫ ad oculum et semper est maior prope rem visã Et ideo oculus videt maiorẽ rem q̃ sit ipsamet St tamen piramis terminetur anteq̃ veniat ad oculũ ita ꝙ angulus non sit in eo tunc res non videtur.

❡ Ad scđm dicit Auicẽna virtutem visiuã esse in neruo qui vocatur opticũq ui est cautellatus in an teriori parte cerebri et quasi triangulũ et ibi cõue niunt spẽs duorum oculorum et sic res videtur vna et aliqñ due quando quis per digitum parũper dis iungit istos neruos Monoculo tamen hoc non con tingit forme tamen duplices in oculis aliq̃tulum impediũt rectitudinẽ vis⁹. Et ideo sagittator clau dit vnũ oculũ licet alij putent ꝙ hoc fit vt virt⁹ vni ta sit fortior. ❡ Ad tertiũ dicitur licet dextrũ visus sit contra sinistrum intuẽtis tamẽ ad rẽ terminatur et ideo non peruertitur iudiciũ. Ad quartum dicit albertus ꝙ ibi remanet spẽs motus Sed contra di ctum est supra ꝙ sensibile cõe nullam spẽm impri mit sed forte aliquã aliam qualitatem. ❡ Ad quin tum et sextum patebit in libro de sensu et sensato.

❡ Circa hec querũtur quinqꝫ. Primo an sonus sit obiectum auditus scđo An odor sit obiectum olfa ctus. tertio An sapor sit obiectũ gustus. quarto An tactus sit vnus sensus. quinto An sensus sit susce ptiuus specium sine materia.

D primum sic proceditur videtur ꝙ sonus nõ sit obiectum auditus quia si lenciũ percipitur ab auditu ergo nõ tñ sonus Forte dicis ꝙ silenciũ nõ sentit per se sed per accidens Contra supra dictum est ꝙ quies est sensibile cõe ⁊ ꝑ se ergo etiã silenciũ sentitur per se Sed contra est phũs.

❡ Respondeo dicendum. ꝙ primo determinandũ est de sono quia sonus spũalior est Et est duplex se cundum phm̃ et. S. T. lec. 16. scꝫ in actu. quando res actu sonat et in potentia ⁊ sic dicimus cãpanã quiescentem habere sonum bonũ. ⁊ mollia non ha bent sonũ nec actu nec potentia. sed dupliciter ali quid est in actu scꝫ per modum permanentis vt co lor et per modum transeũtis vt sonus q̃diu est ge neratio ei⁹. Et si queratur in quo est sonus subiecti ue an in cãpana vel in aere Sciendum ꝙ tria req̃ runtur ad sonũ scꝫ percutiens percussũ et medium in quo fit percussio Causatur eñ ex vehementi ꝑ cussione in qua fit violenta fractio aeris ⁊ ideo cor pora mollia non sonant Requiritur autem mediũ quia non fit sine motu locali Tũc dicitur ꝙ sonus est in medio in actu. Et ideo dicit phũs. ꝙ sonus

in actu est mediū et auditus non autē subiecti sonabilis Unde circa subiectum soni due sūt opiniones quidam dicūt ipsum esse in pcutiente Alij autem ī medio violēter diuiso. Item quidam dicūt sonum realem non posse esse in aqua qr pisces īfra aquaʒ non faciant sonum sʒ bñ si ascēdant alij dicūt oppositum ymmo beati ī celo loquuntur Cōtra phi. tex. 76. ponit mediū soni differre a medio odoris quia medium eius est aer nō autem odoris sʒ etiā aqua.

C Preterea. Notādum ꝙ 4. requirūtur ad hoc ꝙ corpora faciant sonum primo ꝙ sint dura et ideo lana cadens non facit sonū nec alia nisi forte cōprimantur. Secūdo ꝙ sint leuia vt sit aer vniformis ex sua fractione Tertio ꝙ sint cōcaua vt aer inclusus nō possit stati exire sʒ vna pars pcutiat aliā et sic fiant multi ict9 et multiplex sonus. Quarto requiritur vehemens pcussio. Si autē queratur de medio. Dicēdum ꝙ medium proprijssimum est aer sed minus propriū est aqua Primū ptʒ qr faciliter rarefit ꝛ ɔdēsatur et melius auditur sonus ī aere Ex his ptʒ a quo causatur sonus an a percutiēte vl' a pcusso ꝛ dicēdum ꝙ ab vtroqʒ qr percutiens pcutit aerem pcussum autem propter suam duritiaʒ facit ipsū resilire. Si dicatur pcussum est passū ergo nō est actiuum negatur cōsequētia respectu diuersoꝝ

C Notandum pterea ꝙ phs determinat de 2a. generatione soni qua fit per reuerberationē et vocatur echon vnde generatio soni in aere ɔseqtur motuʒ aeris sicut videm9 arculos fieri in aqua qñ in ea aliquid proijcitur ꝛ semper sūt maiores donec cesset motus aque si autē ante cessationē ponatur ibi obstaculuʒ tunc ille girationes īcipiunt fieri in cōtrarium et sic est de sono. Si enim anteqʒ cesset iueniat obstaculum tūc iterū reuertitur ad locum vnde exiuit ꝛ son9 sic redies qr nō potest vlterius ꝓcedē pcutit iterū aerē ꝛ redit sicut pila ꝓiecta ɔtra parietē et ille son9 dr echon et sic audim9 vocē similem cū illa quā 1o. formauim9 ꝛ. C Notādū scʒ phi. ꝙ in oī sono fit q̄dam reflexio sʒ ꝓpter debilitatē nō pcipim9 sic lumē ꝓueniēs ad opa cū aliq° reflectit licet non tantum sicut ab aqua vel a corporibus fulgidis. Et sciendum ꝙ iste sonus fit in locis ɔcauis vt in puteo vel valle vel per antiquos parietes et dicit Albertus ꝙ in ista reflexione idem aer numero reflectitur quia nos audimus primam dictionem per easdem litterationes.

C Notandum preterea Circa auditum ꝙ ipse est de natura aeris ꝛ ideo dicitur ꝙ in organo auditus est quidē aer inclus9 qui recipit sonū exñtem in aere exteriori vnde quando ille motus pertingit ad pelliculā que dicitur meringa continens aerem illum intrīnsecū tunc mutatur organū ꝛ auditur sonus vnde iste aer non habet in se sonū sed spēm ei9 est enim immobilis vt pcipiat omēs differētias soni et retinetur ꝑ illā pelliculā Ex q̄ pʒ ꝙ ad auditū duo concurrunt scʒ iste aer cōnaturalis ꝙ sit imobilis. Et ideo dupliciter corrūpitur auditus Primo si ille aer destruatur vt in homine qui diu est ī aqua et ideo natura fecit foramē anus tortuosum nec ex subito ingressu auditus corrumpatur. Secundum impedimentum est motus ipsius aeris et ideo illi quibus videtur ꝙ semp in auriculis habeant sonū non sunt boni auditus quia intus ex̄ns prohibet foris ex̄ns Si queratur in quo est ille sonus quem audiunt quidaʒ in suis auriculis postea dicetur si queritur an in quolibet aer ille ɔnaturalis moueatur videtur ꝙ sic ex textu 84 patet ex experientia si quis obstruat cū manu auriculam. Si queratur que sunt differentie soni dicendū ꝙ sunt acutū ꝛ graue Acutus est qui in modico tempore peruenit ad audituʒ et fit per velocem motum vel ex frequētia motum. Et ideo corda citare magis extensa acutius sonat. Grauius autem opposito modo diffinitur. Querit albertus. li. de homine de causa mutationis vocuʒ quare scʒ vox mulieris est acutior et vox iuuenū in hominibus. In quibusdam autem animalib9 in iuuentibus est vox grauior. sicut vox vituli grauior est ꝙ vox vacce Dicendū ꝙ in iuuentute homo habet debilem virtutē mouendi ꝛ instrumēta vocalia sūt eadem et ideo quando est vir format vocem grauiorem Uel causa grosse vocis est tardus motus aeris tarditas autē prouenit ex virtute motiua.

C Notandū preterea ꝙ vox est spēs soni et solum fit ab aīa vnde inaīata non dicuntur proprie vocare vt musicalia vnde differt vox ab alijs sonis quia diutius durat et habet quādam melodiā et discretioneʒ quia fit ab aīa vnde vox est repercussio aeris respirati respirant aūt aīalia sanguinē habentia non tamen oīa. quia piscis non respirat nec vocat licet cū brāchijs in athileo idest in illo flumine. faciat sonū vt dicit phūs Et ponit. S. T. lec. 18. quatuor genera aīalium non habentiū sanguinē Primo que habet mollē carnē exterius ꝛ pulpi et sepie Secundo aīalia mollis teste vt cancri. Tertio dure teste ꝛ ostree. quarto aīalia anulosi corporis vt apes et formice que non habent vocem. Si querat quare aīalia respirant. Dicendū ꝙ hoc est propter refrigeriū cordis et pulmonis vnde pulmo se habʒ circa cor sicut follis recipiens aerem valet tamen secūdo respiratio ad formationē vocis sicut lingua ad gustum et ad locutionē Vox tamen fit per arteriam vocalē tanqʒ per propriū organū quia aer tractus ad cor repercutitur ad arteriam vocalem ꝛ causat vocem Et est arteria vocalis vena vel aliquid simile quod est iuxta guttur et cōtinuatur lingue et pulmoni. Si querat quomō diffinit vox dicit phūs ꝙ est repercussio aeris respirati ab anima ad arteriam vocalem cū ymaginatione ad aliquid significādum. Et ideo in tussi non est vox scdm phm̄ quia nō est ibi significatio. Ex his patet ꝙ aer non est principale in formatione vocis sed aīa que vtitur aere vt instrumento ad vocem formandā Per hoc ꝙ dicitur ad arteriā vocalē excluduntur soni qui fiūt ab alijs partibus corporis nec oportet oēm vocem significare ad placitū quia voces brutoruʒ significāt naturaliter appetitum aīe cum aliqua ymaginatione. Operationes eñ aīales dicuntur que ex ymaginatione procedunt.

C Conclusio respōsiua Sonus propriū ē obiectuʒ auditus. Probatur sicut supra de colore ꝓbatū est

C Conrta hec arguitur. phūs determinādo de visu nō determinauit quomodo fit color. ergo hic nō

est determinādū quomodo fit sonus Itē son⁹ nūq̄
est quia partes eius non sunt cum sit ens successi=
uum ergo nō auditur.
¶ Secūdo queritur in quo est sonus Si dicatur ꝙ
sit in aere sequitur ꝙ cāpana non auditur sed aer
substātia enim nō auditur nisi p accidens quod est
in ea. Item tunc mēdaciū ⁊ peccatum essent ī aere
quia vox falsa est sonus. si ergo sonus est in aere se
quitur ꝙ vox sit in aere
¶ Tertio arguitur ad idē q̄r color non est ī medio
sꝫ species eius ergo sonus nō est in aere sꝫ species
eius. Itē si dicatur ꝙ sonus sit in cāpana. Contra.
cāpana causat sonū ergo non est subiectuꝫ eius pa
tet ꝯña q̄r alias idem esset in actu ⁊ in potentia res
pectu eiusdē. Tum quia phi. dicit ꝙ son⁹ est motus
aeris. Itē si sonus est subiectiue in pertutiēte que
ritur in qua manu est nō in ambabus quia idē acci=
dens non est ī duobus subiectis nec est maior ratio
de vna q̄ꝫ de alia Itē si sonus esset in cāpana tunc
nullus esset sonus echon q̄r sonus sēper maneret
in cāpana Item nisi sonus esset in aere tunc q̄n ali
qua lente mouentur possent facere sonum nec au=
ditio cāpane impediretur per ventum.
¶ Quarto queritur q̄d est sonus si enim sit motus
aeris sequitur ꝙ est sensibile cōmune. Item q̄r mo
tus est causa efficiens eius ergo non est son⁹. Ali=
quando etiā ꝑcipimus sonum nō ꝑcipientes motū
Nec videtur q̄d aliud sit sonus.
¶ Quīto vel generatio soni est naturalis vel vio
lenta nō primū q̄r generaꝛ ab extrīseco. Nec secū=
dum q̄r auditus naturalit̄ patitur a sono ergo son⁹
est ēs nāle. Itē q̄rit̄ q̄d per se sonat vl' ꝑcutiēs vl' ꝑ
cussū si 1m. Cōtra ꝑcutiens non ꝓducit spem soni
Nec 2m. q̄r fractio aeris pricipalit̄ est a ꝑcutiente.
¶ Sexto queritur de sono echon vel est idē nume
ro cū sono p̄cedēte vl' nō si 1m. sequitur ꝙ sonus nō
est ens successiuum sed ꝑmanens q̄r inter primum
sonum et sonū echō est tēpus medium. Si sit alius
Cōtra habet eādem figuram cum primo. Forte di=
cis ꝙ est idē specie. Contra queritur a q̄ ꝓducereꝛ
ille idē sonus specie. Non a monte reuerberāte q̄r
ille nescit facere sonū ita distinctuꝫ sicut est vox no
stra Non enim est aīal ergo non causat vocem.
¶ Septimo duo accidentia non possūt esse simul
sed per eundem aerem audiūtur duo soni oppositi
ergo sonus non est accidens. Item contraria non
possunt simul esse Sed aliquando soni contrariāꝛ
Sonus enim est passibilis qualitas que semper ha
bet contrarium.
¶ Octauo arguitur ꝙ vox non est cū ymaginatio=
ne quia possumus loqui per imperiū voluntatis tm̄
et ex quodā desiderio. Itē aīalia nō agunt ex yma
ginatione sꝫ ex instinctu nature. Et propter hoc di
cit Auicen. ꝙ apes eodēmodo ꝯstruūt casas ⁊ aues
nidos ergo ex instinctu nature formant vocem.
¶ Nono arguitur ꝙ nulle voces significāt ad pla
citum quia naturale est hoīm loqui. Item oportet
causam simul esse cum effectu. Sed primus impost
tor non est cum qualibet voce ergo vox non habet
virtutem significādi a primo impositore. Item pos
set queri an auditus est vnus sensus vel nō. Si pri
mum cōtra quia in sono sunt multe cōtrarietates.
Sunt eñ acuti graues. debiles. fortes leui et aspe
ri vnius aūt contrarietatis est tm̄ vnus sensus.
¶ Decimo arguitur ꝙ sonus non fit in aqua q̄r so=
nus fit per fractionem aeris. Item pisces qui sunt
in aqua non formāt sonū. Et circa hoc queritur an
pisces habent auditū vel non. Si primum contra
non habent auriculas. Si secundum cōtra piscato
res cū percutiūt aceres et timpana super aquā et
q̄nq̄ȝ vadunt cū silentione pisces audiant.
Undecimo arguitur ꝙ corpora mollia causāt sonū
q̄m tonitruū fit in nubibus. Nubes autem sūt cor=
pora mollia et ex fractione pāni lanei fit sonus.
Item si sonus per se auditur sequeretur ꝙ noticia
intuitiua esset de hoc quod non est Aliquādo enim
audimus sonū postq̄ȝ factus est vnde q̄n videmus
aliquē a longe diuidere arborē tūc per aliquod par
uum temp⁹ post ꝯtactū audimus sonū. Item audi=
tio est de aliquo sono diuisibili habente diuersas ꝑ
tes sed ille partes non sūt simul cū sonus sit ens
successiuū ergo auditio est de eo quod nō est
¶ Duodecimo arguitur ꝙ sonus nō fit cum motu
quia nō habet cōtrarium ergo fit in instanti. Item
queritur an idem sonus audiatur a diuersis vel
non. Si primum contra. idem sonus non potest eē
duabus auriculis. Item arguitur ꝙ auditus nō sit
de natura aeris quia tūc esset nobilior visu qui est
de natura aque quia aere st perfectior aqua. Item
organū auditus est aīatum cū sit pars aīalis. ergo
non est aer cōnaturalis.
¶ Tertiodecimo vel vox est diuisibilis vel indiui=
sibilis. Non primum quia ista littera a. est indiuisi=
bilis Nec secundum quia vox est sonus. sonus aūt
est ens successiuum habēs partes. Item alique sūt
voces non significatiue. ergo vox non semꝑ fit cum
ymaginatione significandi. Item arguitur ꝙ vox ⁊
sonus sunt in aīalibus non habētibus sanguinem
quia grilli et cicade et locuste non habēt sanguinē
et tamē cantāt. Et Albertus magnus dicit hic. C.
87. ꝙ ex pectus est ꝙ grilli cantāt per magnū tem
pus capitibus computatis Sirene etiam cōputā=
tur inter pisces maris vel monstra et tam dulciter
cantāt ꝙ audientes soporant sed sapiētes aurib⁹
opturatis transeunt. obijcientes eis lagenas vacu
as quibus ludant donec nauis pertrāseat vt dicit
Albertus magnus libro 24. de aīalibus.
¶ Ad primum dicitur ꝙ sonus aliter fit q̄ꝫ alia ob
iecta quia nō habet esse permanēs Aliud dicatur
sicut de motu 3°. phisicoruꝫ. Et si queratur per quid
copulantur partes soni. Dicendū ꝙ per sonatū cē
sicut partes motus per mutatum esse.
¶ Ad scd̄m dicitur ꝙ sonus licet sit in aere tamen
est effectiue a cāpana Et hoc sufficit in voce etiam
non est malicia licet dicatur mala denominatione
extrinseca. Contra tunc fortes pulsans campanā
audiretur quia in eo est effectiue.
¶ Ad tertium dicitur ꝙ in medio aliquando est so
nus realis. Aliquando vero spēs eius Si dicatur
Color est ⁊ spēs coloris non sunt simul ergo nec so
nus realis et intentionalis. Item aliquando son⁹
realis campane petuenit vsq̄ȝ ad auditū ergo son⁹

non indiget spē vt audiatur. Dicendū ꝙ non inconuenit in aliqua eadē parte esse sonū et spēm eius. Tn̄ in aere cōnaturali est tantū spēs soni in aere vero exteriori moto ad motū campane est son⁹ realis sicut in visibili realis color.
¶ Ad 4m dr̄ ꝙ son⁹ realiter distinguitur a motu vt patuit.
¶ Ad quintum dicit ꝙ sonus est res. naturalis licet forte fiat ab aliqua violentia sicut ignis est res naturalis licet generetur ex ꝯtactu lapidum. Quidam dicunt ꝙ percutiens a per se auditur. Sed contra nulla subā per se auditur. vt patet in visu qui nō videt per se subām. Dicūt ꝙ non est simile quia visibile non producit colorem.
¶ Ad sextū videtur ꝙ nō sit idem sonus numero nisi vnitate cōtinuationis. Sed cōtra. q2 oē quod reflectitur in pūcto reflexionis quiescit sȝ son⁹ nō sine motu ergo in ista reflexiōe son⁹ desinit esse Dicendum sicut in octauo de motu proiectorum.
¶ Ad 7m dicatur sicut supra de diuersis colorib⁹.
¶ Ad 8m dr̄ ꝙ regulariter vox fit per ymaginationem et in aīalibus ymaginatio fit ex instictu nature. vnde spēs duorū alborū vt res quedā sūt idē nō autem vt intentiones ꝓpter habitudines ad diuersa quorum sūt representatiua si queratur vtrum vt intentiones iportāt aliquas entitates realiter numero differentes videt ꝙ non sicut nec calor intensus et remissus secundum. S. T.
¶ Ad nonū quidaȝ dicit ꝙ naturale est loqui secūdum sententiam feminalē sed non loqui isto vel illo modo. sicut de lege nature est punire furem sȝ nō isto mō vel illo. Ad aliud pȝ ex simulis Quibusdaȝ videtur ꝙ non est vnicus auditus in nobis q2 habemus duas aures Sed cōtra tunc vn⁹ sonus iudicaretur duo. et ideo ille differentie sunt accidentales vel aliter dicet in questione de tactu.
¶ Ad 10m dr̄ ꝙ sonus ꝓprijssime fit tantū in aere De piscibus aūt dicit. S. T. 1. parte. q. 72. ꝙ dubiū est de memoria pisciū. Basilius dicit ꝙ non habēt Sed hoc augustin⁹ improbat Cōcedo tn̄ ꝙ habeāt auditū sed vtrū in celo possit audiri son⁹ ⁊ cantus beatorum. Hoc pulchre tractat de tambaco i libro suo de delicijs paradisi.
¶ Ad 11m dr̄. ꝙ ex magna violentia aliqn̄ cū corpore molli sit sonus De alio dictum est supra.
¶ Ad 12m negatur cōsequētia Ad aliud dicitur ꝙ idē auditur a diuersis ꝑ diuersas spēs. Et li. et aer est nobilior in se Non tamen in mixto.
¶ Ad 13m dr̄ ꝙ vox est diuisibilis in se Non tamen aliquando quo ad nos. Alia soluūtur ex dictis et i simulis de diuersitate vocū puerorum et bestiarū videatur albertus magn⁹ nono de aīalib⁹ et decimo nono in fine vbi dicit ꝙ si in eadē fistula femina suflet cum viro tamen acutior erit sonus sufflationis mulieris ꝙ̄ viri et puellarum ꝙ̄ vetularum.

Ad secundum sic proceditur. videtur ꝙ odor non sit obiectum olfact⁹ quia non quilibet odor potest percipi a quolibet olfactu quia asinus non sentit odores rosarū aut lilium ꝯuallium Forte concedis Contra sequitur ꝙ olfactus eius specie differt a nostro quod videt contra phm̄ dicentem hic ꝙ homines ⁊ alia animalia habent eundem sensus olfactus. Sed contra est philosophus.
¶ Respondeo dicendum ꝙ difficilius est determinare de odoribus ꝙ̄ de colore et sono quia inter cetera animalia. homo habent peiorem odoratum cuius ratio est quia homo inter cetera animalia habet maius cerebrum in proportione ad alias partes corporis. Cerebrum autem est frigidum et humidum. Non autem odor cui⁹ organū est prope cerebrum. sed tam odor ꝙ̄ organum sibi proportionatum consistit in calido et sicco. et ideo olfactus i nobis impeditur a cerebro vnde odores distiguimus referēdo ad sapores. nec ꝑcipim⁹ odores nisi sint excellētes ⁊ faciāt delectaōnē vel tristiciā hō autē est boni gustus quia gust⁹ est quidā tact⁹, q̄ melior ē in nobis ꝙ̄ in omnib⁹ alijs animalibus quia ꝯplexio hoīs in qua fūdatur maxime accedit ad mediū et ideo organū tact⁹ ē denudatū ab extremis Ex q̄ sequitur ꝙ homo est prudentissimum animalium quia habet optimā complexionem vnde homines qui sunt melioris tactus sunt magis igeniosi vnde dicit phi. ꝙ molles carne aptos mente dicimus signum autem bone complexionis secundum alber. capi. 94. est tenuitas vngium et subtilitas capillorum hec enim indicant lucidos et subtiles esse spiritus cordis venientes ad cerebrum. Preterea.

¶ Notandum ꝙ odor sentitur per medium quod est aer et aqua quod probat philo. quia tam animalia aquatica ꝙ̄ in aere viuentia siue habeant sanguinem siue non percipiunt odorem a longe. Alias a longe non currerent ad nutrimentum nisi mouerentur ab odore. Preterea sciendum ꝙ quidam dixerunt omnes sensus perfici tactu vt dicit S. T. lectione. 20. et dicebant ꝙ oporteret sensum et sēsibile ad hoc ꝙ fiat sensatio. Aliter tamen in visu et in alijs. Unde dicebant ꝙ a visu egrediebantur linee visuales vsqȝ ad visibile. Et ex earum cōtactu visibile videbatur. In alijs autem sensibus dicebant ecōuerso scȝ ꝙ sensibile venit vsqȝ ad sensū vt gustabile ad gustum vnde dicebant ꝙ ab odorabili resoluitur quedam fumalis euaporatio que est subiectum odoris et peruenit vsqȝ ad olfactum antiqui enī non cognoscebāt aliquā imutatonē spiritualē et hāc opinionē tenent plato et auicē. vt pȝ ex alberto c. 25. si enim odor sentiretur per speciez tunc nō sentiretur ipso ablato sicut nec coloris species manet ipso ablato sed sentimus locum in quo fuerunt poma ergo Sed contra. sensibile positum supra sensum non sentitur ergo odor realis non ꝑuenit vsqȝ ad olfactum. Item sicut dicit albertus i occisione magna facta in terra grecorum aduenerūt vultures et tigrides nunqȝ ibi visi tracti ab odore cadauerum per quīgentas leucas non potuissēt autem per tantum spaciuȝ illa cadauera circulariter ꝑ fumalem euaporationem extēdi Item tunc duo

corpora essent scꝫ aer et illa fumalis euaporatio. Dicendū ergo ꝙ odor per certā distantiā realiter multiplicatur. Sed per residuū spaciū solū causat spēs eius. Primū patet qꝛ alias per ventū odoratio non impediretur sicut nec visio coloris. Secunda pars patet ꝑ antedicta vnde bene cōceditur ꝙ odor realis fit cū aliquali euaporatione.

¶ Circa hec mouet. S. T. dubiū lec. 19. Primo videtur ꝙ aptitudo mentis magis respondeat bonitati visus ꝙ̄ tactus qꝛ visus est spiritualior et plures differentias rerū demonstrat. vnde visus ⁊ auditus dicuntur sensus discipline. ¶ Scḋo dubitatur cum tact⁹ sit in nobis certissimus quare spēs odorū denominātur magis a spēbus sapor̄ ꝙ̄ a qualitatibus sensibilibus ꝑcipiūtur ꝑ tactū ¶ Tertio dubitatur qꝛ. T. C. 95. dicit ꝙ aliqua habēt suauē saporē et non suauem odorē ergo spēs odoris non debent denoīari a spēbus saporū. ¶ Quarto dubitatur an hoīes et alia aīalia habent olfactū eiusdē spēi videtur em̄ ꝙ sic ꝓpter identitatē obiecti ⁊ qꝛ ab eodē corrūpitur. scꝫ a grauibus e t excellentib⁹ odoribus ⁊ sulphure. Videtur autē ꝙ non quia hō odorat dū attrahit aerē respirando. Alia aīalia autem scꝫ que non habent sanguinē non respirant ergo non habent eūdem olfactū. ¶ Ad primuꝫ dicit S. T. duas rōnes prima ꝙ tactus est fūdamentuꝫ oīm aliorum sensuū quia diffunditur ꝑ totū corpus Et ideo habēs meliorē tactū habet meliorem naturam sensitiuā et meliorem intellectum. Sens⁹ em̄ est dispō ad intellectum. Secūda rō qꝛ bonitas tactus sequitur bonitatē ꝯplexionis modo supradicto. Nobilitas aūt aīe sequitur complexionē corporis quia oīs forma ꝓportionatur sue materie vt dicit phūs in libro suo de phisonomia. ¶ Ad scḋꝫ dr̄ ꝙ odor et sapor sumuntur ex cōmixtione qualitatū scꝫ sapor ex calido et humido aqueo. Et odor ex sicco humido aereo. Ex quo patet ꝙ multuꝫ cōueniūt ¶ Ad 3m. dicitur ꝙ quedam habēt proportionalē odorem et saporem scꝫ dulcem odorē et dulcē saporem qꝛ quia sapor ꝯsistit in humido aqueo aliqualiter digesto odor autem cōsistit in sicco aereo contēperato. Contingit autē qñq̄ꝫ esse commixtā vtramq̄ꝫ substātiam scꝫ subtilem aeream et aqueam grossiorem secūdum debitam ꝓportionem et sic est suauitas saporis et odoris Si vero sit debita proportio in vno et non in alio tūc in vno erit suauitas et nō in alio et sicut est de dulci et amaro que sunt extrema in saporibus et trāsferūtur ad odores. ita dicēdum est de saporibus medijs scꝫ acetosum et austerum id est stipticū aut ponticum acutū pingue Ex q̄ patet ꝙ odor denominatur similiter sicut sapor cui vt in pluribus respōdet. q̄ḋ sufficit.

¶ Ad 4m. dictū est supra. Et phi. respōdet hic ꝙ diuersitas in modo respirādi non est ex diuersitate sensus sꝫ ex diuersa dispositione organi sicut oculi hominum differunt ab oculis quorūdam animaliū qꝛ habent quoddā fragma id est palpebras ad cooperiendum sed animalia duro oculo stati vident sine motu palpebre sic etiā in odoratu hominis est quoddam coopercculum quod apetitur ꝑ respirationem et sic homo olfacit. Si queratur in quo differunt odor et alia sensibilia a colore. Dicēdum ꝙ color nullo modo imutat nisi spiritualiter. In alijs autē sūt aliqñ quedaꝫ imutationes naturales vnde dictū est ꝙ ab odorabili potest resolui fumalis euaporatio que tamē nō ꝑtingit vsq̄ꝫ ad olfactum.

¶ Cōtra hec arḡ Primo cōtra rationem positaꝫ ex cōmen. de fumali euaporatione posse teni dici ꝙ vultures venerūt ad illa cadauera qꝛ per ventum vsq̄ꝫ ad illā distātiam delata fuit aliqua pars illi⁹ euaporationis fumalis. Item nō videtur quomodo posset alias sētiri Forte dicis ꝙ sētitur per suā speciem. Cōtra eque īpossibile ē illā speciē multiplicari vsq̄ꝫ ad tātam distantiam. Itē vl̄ illa species est res naturalis vl̄ spiritualis. si secūdū Cōtra illa species est in subiecto extēso ergo est extēsa et vltra ergo est corporalis.

¶ Secundo perceptio odoris impedit a vento vel iuuatur. ergo est in medio secundū esse suum naturale Propter hoc em̄ visio coloris nō īpeditur a vēto. Itē spēs producūtur in instanti sed odor fetid⁹ sentitur successiue vnde vnus. aliqñ percipit ante aliū ergo sentitur ꝑ euaporationē hec em̄ est causa quare res magis sentiūtur in estate ꝙ̄ in hieme qꝛ calor solis fumos resoluit.

¶ Tertio arguitur ꝙ nullo mō est fumalis euaporatio in ꝑceptione odoris. qꝛ siccū est propriū subiectū ei⁹ sꝫ in aqua nō est siccitas. qñ ergo aliquid odoratur ꝑ aquā tūc null⁹ ibi potest esse odor realis.

¶ Quarto adhuc instat ꝙ odor multiplicetur realiter quia Auicenna dicit ꝙ odorifera ꝑ hoc ꝙ odorantur desiccantur et ꝯtrahūt rugas quod nō esset nisi ibi esset realis deflux⁹ odoris. Itē odor diffinit per fumalē euaporationē que est aliquid reale.

¶ Quinto. dicūt venatores ꝙ bestie siluestres appropinquātes locū in quo debent quiescere faciunt quosdā magnos saltus vt interrūpatur via canibus ne inueniantur ab eis. ergo ab illis resoluūtur quidā vapores. per quos canes insequūtur eas forte dicis ꝙ ab illis bestijs non relinquūtur nisi spēs. Contra tūc per olfactū posset sētiri illud quod nō est. Item aliqñ aer inficitur per multos odores ergo. malus odor multiplicatur realiter.

¶ Sexto arguitur ꝙ hō nō habet peiorem odoratum quia a nobiliori aīa fiunt nobiliores potentie Item homo percipit odores rosarum quos non ꝑcipiunt alia animalia Nisi enim homo perciperet omnes odores tunc philosophi non possēt de eis disputare quia deficiente sensu deficit scīa.

¶ Septimo per manus licet sint frigide. tamē bene percipit calida ergo licet odoratus sit prope cerebrum frigidum hoc non impedit qui bene percipiamus odores Forte dicis ꝙ olfatus hominis in se est melior. Contra vultures perceperunt olfatu cadauera per. 500. millaria. Et canes percipiūt leporem per olfatum quē non percipit homo

¶ Octauo arḡ ꝙ hō non habet meliorē tactū. quia omnes sensus sunt instrumenta intellectus maxime autem visus et auditus. Igitur habet meliorez visum. Item cōiter dicitur nos aper auditu ꝑcellis

aranea tactu. Uulpes odoratu. linx visu simia gustu ergo aranea habet meliorem tactū ꝙ̄ nos.

¶ Non tactus ꝛ gustus sūt de natura terre. secū. phi. in de sen. ꝛ sē sa. sed in hominibus minꝰ dominatur terra ꝙ̄ in alijs animalibus ergo habet peiorem tactum minor pꝫ ꝙ animalia habent carnes magis duras.

¶ Decimo arḡ ꝙ bonitas tactus nō cōfert ad intellectum vl' molles carnes qꝛ tunc mulieres et pueri essent semper magis īgeniosi Itē tactus est materialis et alijs sensibus itellectus autem est immaterialis ergo tactus minus ꝯfert ad itellectum ꝙ̄ alij sensus.

¶ Undecimo queritur in quo est odor realis si i aere ꝯtra qualitates secūde non sunt in elementis. si non ꝯtra remotis pomis ab archa adhuc ibi manet odor postꝙ̄ sunt comesta Forte dicis ꝙ manent species. Cōtra ille species non sūt obiectū olfactus.

¶ Ad 1m. dicitur ꝙ illa euasio nulla est quia parum sulphur sine vēto entitur per totam camerā si coburatur. De illa specie dicit̄ ꝙ vocatur spiritualis licet sit extensa p accidens. Quidā dicunt ꝙ nullo modo habet partes Sed contra tūc ita bene sentiretur res a lōge sicut prope qꝛ esset eadē species numero p quam sentiretur. Item diuidat̄ aerem tunc etiā diuiditur species odoris qui adhuc sētitur in vtraqꝫ parte aeris.

¶ Ad 2m. conceditur ꝙ per aliquod spaciū fit odor realis per aliud autē non sꝫ species et sitātum ibi sit ventus videtur ꝙ sensatio non īpediatur Si dicatur. Ex hoc sequitur duo corpora esse simul quia in aliqua pte simul sūt fumalis euaporatio et aer. Dicēdum ꝙ aer cedit qꝛ est finalis euaporatio. Sꝫ queritur qn̄ poma auferūtur a cista an ibi remanēt tm̄ species pomorū odoriferorū vel aliquid aliud non primū qꝛ species non remanent re absente si 2m. Queritur de illo accidente in quo est vel quasi substantia est.

¶ Ad 3m. aliqn̄ fit sēsatio sine ista euaporatione.

¶ Ad 4m. patet ex dictꝫ ꝛ cū dicit̄ odor eē fumalis euaporaᵒ est p̄dicatio causalis Et p hoc pꝫ ad 5m.

¶ Ad 6m dicitur ꝙ odoratus non est virtus ꝑpria homini vel hoc per accidens vt habeat melius cerebrum vnde aliquando quis leditur in vno vt melius se habeat in alio. Ad aliud dicitur ꝙ odoratꝰ hominis est melior extensiue.

¶ Ad septimū patet ꝙ non est simile. ¶ Ad 8m supra dictum est. Ad aliud dicit Albertus magnus ꝙ illud dictum est falsum capitulo. 23. Sed contra Aranea sētit vermiculos ex extremitate sui retis ergo habet bonū tactum Respondet ꝙ hoc est, falsum nichil spisse pellis et frigide cōplexionis ꝛ habens humiditatem viscosam precellit in tactu sed habet tactū q̄si stupidū cuꝰ est qꝛ aranea etiam cuꝫ tangitur cū igne lente et non cito sentit. Et ideo perceptio vermiculorū tangentiū rete. est propter motum retis quia cōtinuum est. Nota autem vna parte continui mouetur totum continuū. De natura aūt aranee. loquitur albertus li. 26. de aīalibus Ad cognoscendū bonum odoratū dicit Albertus. li. 19. ꝙ canes nobiles parui. lepores ꝛ alias feras per vestigium odoris indagantes habent bene expositum et breuē et sunt boni olfatus Nec est verū ꝙ semper canes longi sint boni olfatus. Quidam ex predictis inferunt ꝙ aliquando odorabilia confortant cerebrū si sit nimis frigidum. Itēꝫ ꝙ habētes bonū odoratū sunt minus sapiētes quia signuꝫ est ꝙ non habent bonum cerebrū Sꝫ vtrum ex odore aliquis possit nutriri videtur ꝙ sic qꝛ democritꝰ quattuor diebus vixit odore mellis. Et quidaꝫ aliꝰ odore panis calidi tribus diebus Et quare odores tendunt sursum Sed de hijs videantur aristotelis problemata.

¶ Ad nonum dicitur ꝙ bonus tactus sequitur optimā proportionem terre ad alia elementa. Sed tunc queritur cum alij sensus sequantur debitā ꝑportionem quare non oēs sunt meliores in homie ꝙ̄ in alijs aīalibus. Dicendum ꝙ est propter coniunctionem ad cerebrū.

¶ Nono. noticia intuitiua obiecti īmediate terminatur ad obiectū ergo ad talem noticiā in intellectu non requiritur spēs quia obiectū presens sufficienter representat se intuitiue. Item vel spēs est eiusdē rationis cum obiecto vel non. Si primū tūc in intellectu erit verus color. Si scd'ʒ Cōtra intellectus potest discernere inter duo que sunt eiusdē rationis ergo potest discernere inter duo spē disticta. Sed intellectus nō discernit inter spēm et obiectum. igitur.

¶ Decimo arguitur ꝙ spēs nō cōseruātur in intellectu. quia species ista est materialis ergo p eam intellectus actu intelligit. Iteʒ tūc non indigerem⁹ intellectu agente supposito ꝙ prius habuerimus aliquā intellectionem quia intellectus agēs nō requiritur nisi ad abstrahendū speciem. Modo spēs abstracta remanet in intellectu.

¶ Undecimo arguitur ꝙ spēs sit corruptibilis licʒ non habet cōtrariū quia lumen est corruptibile et species in oculo. Item habit⁹ corrūpitur sine cōtrario per solā cessationē ab actu. nec est verū ꝙ receptum in incorruptibili sit corruptibile ad moduʒ recipientis vt patet de virtutib⁹ ꝛ habit⁹ scientie vel actu intelligendi simplici. Forte dicis ꝙ soluʒ qualitas habitualis non habēs cōtrariū est incorruptibilis si subiectū est incorruptibile Contra oē generabile est corruptibile celi sʒ spēs generatur. Iteʒ tūc legens bibliam retineret necessario quodlibet verbū legēdo de ipso habuit spēm qd' ē fl'm vnū aris. in predicamēto qualitatis dicit p grauem infirmitatem scientiā amittibile. Cōtra scd'm multos species est actualis intellectio et sic scd'm istos facile saluaretur ꝙ spēs non manet. Itē scd'm hanc opinionē non possem alicuius rei totaliter obliuisci p quācunqʒ grauē infirmitatē quia spēs quā acquisiui est incorruptibilis Hoc tamē est falsum quia in nobis est reminiscentia. Item quidam propter grauē infirmitatē oblitus fuit nois sui. vn̄ aris. dicit in p̄dicamēto q̄litatis ꝙ habit⁹ ab egritudīe corrūpit

¶ Duodecimo qualitas spūalis dependet ab illo a quo producitur vt patet in lumine sed spēs intelligibilis ꝓducitur a fantasmate quod est corruptibile ergo et ipsa species. Itē omne quod potest intendi potest remitti et totaliter corrūpi sʒ spēs intelligibilis potest intendi p multos actus. ergo potest corrūpi. Itē habeat quis in intellectu suo spēʒ mōtis aurei talis potest illā spēm amittere cum sit spēs ficta. et falsa. Itē absurdū est qualitates esse in intellectu et illud latere nos.

¶ Tertiodecimo. presentia obiecti est causa p̄sentie speciei et non econtra non em̄ quia spēs est in oculo ideo obiectū est presens sed econuerso ergo prima representatio obiecti non est per spēm ergo superflue ponitur species ad presentādū obiectū. Itē quelibet spēs est forma naturaliter agens ad intellectionem. et per ꝯn̄s agit scd'm vltimū potentie sue. Si ergo plures spēs conseruentur simul in intellectu sequitur ꝙ in intellectu erunt simul plures intellectiones.

¶ Quartodecimo memoria est p̄teritorum. Preterita autem sunt singularia sed intellectus non est singulariū ergo in intellectu non est memoria Forte dicis ꝙ in intellectu non est memoria. que respicit preteritum ex parte obiecti. Contra tunc homo non posset penitere de malis actibus preteritis qr per intellectū non cognoscit Nec hō posset recordari preteritarū volitionū quia volitiones preterite vt preterite non possūt cognosci a sensu. Itē tūc mali non possent cognoscere se esse iuste punitos quia punitio fit propter malū preteritū Modo preteritum sub rōne preteriti ex parte obiecti non intelligitur. Item in intellectu est prima pars prudētie que scd'ʒ Tulliū est recordatio preteriti. Nulla etiā esset recordatio beneficij. Itē possum⁹ nobis prouidere de futuro ergo intelligimus futuruʒ. Et preteritū qd' pl⁹ hʒ de veritate ꝙ̄ futurū qr veritas preteriti est necessaria non autem futuri. Itē anima separata potest separare si sit in purgatio ergo cognoscit futurum vt futurū et sic de preterito scimus enim ad p̄teritum vt sic non esse potentiā et ex isto argueretur ꝙ singulare habet ꝓpriam speciem in itellectu alias nō recordaremur ipsius ꝙ fuit sʒ. Contra species et habitus equaliter se habēt ad omnes differētias tēporis ergo non scitur per eas an res fuit. Itē illa species est causata ex noticia ītuitiua ergo causat ītuitiuā quia actus sequēs et pcedens sūt eiusdem speciei sed hoc est falsum quia de absente non habetur noticia ītuitiua. Item s. t. 1. q. 89. ar. 4. concedit ꝙ anima separata cognoscit aliquod singulare ergo etiam preterituʒ vt sic.

¶ Quītodecimo tunc beati haberent recordationem eoꝝ que hic ītellexerūt et per ꝯn̄s suoꝝ peccatoꝝ et sic tristarētur quia vel volunt vel nolūt illud quod ītelligunt si 2m ergo habēt displicētiam si primum ergo peccāt. Item non possum⁹ reminisci ergo nulla est memoria ꝯn̄s patet quia qui reminiscitur vel est perfecte oblitus illius vel non si primum

ergo si preminiscētiam redeat ad memoriam eius nesciet illud esse cuius recordatio nē quesiuit sicut arguit plato de seruo fugitiuo. si 2m. ergo nō reminiscitur.

¶ Sextodecimo arguitur ꝙ in parte sēsitiua non est memoria quia sēsus non cognoscit tēpus ergo nō memoratur pteriti añs patet quia tempus est numerus motus scdm prius et posterius 4. phi. hoc autē percipi non potest sine collatione posterioris ad prius sed cōferre et discurrere solū pertinet ad intellectum Itē oportet recordātem pcipere actū suū sed potētia sēsitiua nō cognoscit pprium actū quia non reflectitur supra se et sic quādo est psens non cognoscit actū suum ergo nec postea ymmo videtur ꝙ sē sus non cognoscit nisi qualitates sēsibiles ergo nō cognoscit actum suum vel alterius sensus.

¶ Decimoseptimo arguitur ꝙ memoria et intellectus differūt realiter quia memoria distiguitur ab alijs sēsibus interioribus ergo et in itellectu. Item potētie distinguūtur per actus sed itelligere et pseruare speciem sunt diuersi actus ergo memoria et intellectus sunt diuerse potentie.

¶ Decimo octauo intellectus hominis et angeli distingūtur specie non obstante ꝙ sint circa rationem cōmunem entis ergo ratio prius posita nō cōcludit. Itē licet volūtas sit circa bonum secūdum cōmunem rationem tamē aliqua ptēta sub bono diuersificant appetitum quia alius est appetitus volantatis et cōcupiscibilis et irascibilis. Bonū etiā ptinetur sub ente tamē voluntas est alia potentia ab intellectu Item memoria est para ymaginis representantis trinitatē sed in trinitate sunt tres persone distincte ergo ista tria scilicet memoria intellectus et volūtas realiter distigūtur vide s. t. de veri. q. 10. ar. 3o. ad 2m. sed ptra et c.

¶ Ad primū dicit s. t. 1. p. q. 79. ar. 6. ad 3m ꝙ spes intelligibiles aliquando sūt in itellectu in potentia tātum Aliqñ medio modo et tūc dicitur itellectus in habitu et nō in actu pleto sed icompleto. Ad aliud dicitur ꝙ ex cōditione subiecti in spiritualibus omnia bene cōseruant quia subiectū est incorruptibile in senibus autē est nimia siccitas.

¶ Ad 2m. suppono ꝙ actus itelligēdi et pceptus realiter distiguūtur, vt dictū est in pri. phiar. vnde actus itelligēdi nō est similitudo rei sed ipse ceptus nec icōuenit duas similitudines eē simul qñ tātū vna est actualis et expssa, et illud argumētum pbaret ꝙ habitus et actus nō sūt simul ideo pcedo ꝙ pfectum et iperfectū sūt in eodē respectu diuersar naturar.

¶ Ad 3m. dr ꝙ p speciē fit obiectū habitualiter psēs

¶ Ad 4m. dr ꝙ spes elicit siplicē apphēsionē que non elicitur ab habitu scie nec spes est totalis causa vt dictum est.

¶ Ad 5. dr ꝙ spes aliquo modo ptinet sub habitu nō ois tamē spes est habitus scie vt postea dicet sed dicitur habitus qr habet esse pmanens i subiecto sicut ceteri habitus.

¶ Ad 6. dr ꝙ primo receptū est cognitio formaliter vel cāliter vel primum receptum ordine dignitatis et nō generationis. Deide pcedo ꝙ intellectus est in actu incompleto.

¶ Ad 7. dr ꝙ ignotū nō est illud p quod aliud cognoscat tāq in obiecto sed bene ignotu est cā cognoscēdi alteru qr spes in aere sūt multis ignote et tamē causāt visione Deide dr ꝙ hec spes pducit a fātasmate i virtute itellectus agētis sed de hoc postea.

¶ Ad 8m dicitur ꝙ necessitas est quādo perfectio nature hoc requirit scz ꝙ obiectum sit presens ante simplicem apprehensionē. Si dicatur sufficit ꝙ sit presens in fantasmate Dicendum ꝙ nō qr tunc non esset presēs nisi in presentia mēdicata ab alio et hoc vilificaret intellectū.

¶ Ad 9m dicitur ꝙ noticia intuitiua prerequirit spēm licet ad eā terminat. Ad aliud dr vt supra et et magis patebit inquirendo an res cognoscantur in prima veritate vide. S. T. 1. pte. q. 84. ar 5. aliquid dupliciter cognoscitur in alio. Primo sicut in obiecto cognito. Secundo sicut in cognitionis pricipio et hoc aliquando nescimus discernere.

¶ Ad 10m supra dictum est. Et ad aliud dr ꝙ spēs nō est in actu completo nisi p intellectum agētem illustrantem fantasmata. vide San. Tho. de veri. q. 10. ar. 2. ad 4m. 2m. 7m.

¶ Ad 11m dr ꝙ per nullā obliuionē vel infirmitatē prima spēs corrūpitur. sed bene species scibiles vel habitus scientie vel actus. et spēs que sunt i organo propter organi transmutationem.

¶ Ad 12m negatur maior quia habitus est ab actu et tñ remanet post ipsū Ad aliud negat maior i nō habentibus contrarium.

¶ Ad 13m dictum est ꝙ presentia per fantasmata no sufficit nec est presentia sufficiens sub rōne cognoscibilis ideo oportet obiectū esse presens per spēm que est in itellectu. Ad aliud dictū est supra q̄ mō ex aliqua cā hō aliqñ vtit vna spē et nō alia sicut etiā patet de habēte multos habitus scientie. Quod aūt vna spēs nūc pducat actū intelligendi et non alia. hoc aliquando est quia eius fantasma efficacius imprimitur sed ponamus ꝙ duo obiecta equaliter imprimant sua fātasmata. tunc qr habitus vtimur cū volumus io vtimur vna spē relicta altera. primus tamē actus intellectus non causatur ab actu volūtatis.

¶ Ad 14m dr ꝙ intellectus est singulariū p reflectionē non aūt directe Et ideo primo pōt intelligi ppteritū. Nō tñ scdo Et p hoc soluunt argumēta

¶ Ad 15m dr ꝙ cognoscūt mala. nec seqtur. ergo tristant. Cōtra tristicia est de hijs q̄ nobis nolentibus accidūt. Dicendū ꝙ maximū gaudiuz excludit oēm tristiciā. Sz cōtra maxia tristicia non excludit oē gaudiū qr demones possūt gaudere et delectari qr Augus dicit sup illud prius. q̄ tribulāt me exultabūt si motus fuero. ꝙ demō gaudet qñ vir sanctus peccat. Dicendū ꝙ beatitudo p se oēm tristiciam excludit non aūt miseria qr scdm Ciceronē delectari in eo quod non decet est esse miserum Alia argumenta satis patēt ex dictis nō em inconuenit ꝙ sensus pcipiat tēpus pcipiendo magnitudinē vt dicit phus Itē nō inconuenit ꝙ vnus sensus recipiat spēm de actu alterius quā pseruat sed de actu supreme potētie in brutis videtur ꝙ nō possit esse recordatio qr sensus nō reflectit supra se. Itē qd dictū est de distinctione intellectū intelligēdū ē solū de itellectubus

mano vt patebit postea per eius obiectū s. t. 1 q. de anima ar. 7. ad 1m. nec sequitur visio dei est eiusdez speciei in anima et in āgelo ergo intellectus sunt eiusdē speciei ibi ad 4m. Quidam querūt an sicut beati non formant verbum ita nec angelus intelligendo se.

Ad 2m. sic proceditur videtur ꝙ nō sit necesse cōuertere se ad fantasmata in intelligendo quia magis depēdet ymaginatio a sensu q̄ intellectus ab ymaginatione sz ymaginatio potest exire in actum non cōuertēdo se ad alium sensum ergo itellectus potest itelligere non ꝯuertando se ad fātasmata que sunt in sēsu interiori. Sz ꝯtra est philo.

¶ Respondeo dicēdum ꝑ fantasmata intelliguntur species rerum que sunt in fantasia que est sensus interior et. Nota ꝙ hic est dubiuz quo modo intellectus dicitur itelligere per abstractionem a fātasmatibus et tamē non intelligit nisi ꝯuertendēdo se ad fantasmata. Quantū ad primū videnda sunt tria. Primo quid est abstrahere a fantasmatibus. Secūdo quo modo fit talis abstractio Tertio vtrum intelligamus abstrahendo a fantasmate. Quantuz ad 1m. dicit herueus ꝙ duplex est abstractio vna est qua res ītellecta dicitur abstrahi ꝑ hoc ꝙ intelligitur preter aliquid quod est ei cōiunctuz in re et hec abstractio non dicit aliquā actionē realem que sit in re abstracta sicut vniuersale abstrahitur a particulari sicut homo a sorte vl anima l ab homine vel sicut mathematica abstrahūtur a naturalibus sicut circulus a cupro et de tali abstractione non loquimur hic non enim simili modo dicim⁹ speciem abstrahi a fantasmate sicut hominem a sorte vel circuluz a cupro quia illa abstractio speciei a fātasmate est realis actio quia fit species in itellectu possibili que nō ꝑ̄dicatur de fantasmate a quo abstrahitur sicut homo ꝑ̄dicatur de sorte ly quo abstrahitur quia species abstracta repn̄tat nature sine cōditionibus particularibus. Abstractio ergo qua dicitur intellectus abstrahere a fātasmatibus non est aliud q̄ quedaz realis motio qua mouetur intellectus a fantasmate. vel ad spēm intelligibilem vel ad actum intelligendi. Non est ymaginandum vt quidam videntur ymaginari ꝙ intellectus quasi precognoscens ea que sunt ī fantasmate. videat ea. et quasi accipiat vnū ex eis Sic enim ymaginati ridiculū esset. ymo anteq̄ intellect⁹ quicq̄ intelligat in virtute intellectus agentis. mouetur naturaliter a fantasmate. sicut visus non plus videns naturaliter mouetur a colore et sic patet primum. scz quid sit abstrahere a fantasmatibus. Dicitur autē talis motio abstractio cum quia effectus ē superior causa. q̄tum ad fātasma. a quo dicitur fieri abstractio tum quia ex parte intellectus est aliq̄ virtus actiua que habet effectuz causatū fantasmate. et ideo videtur ꝙ quasi intellectus trahat ad se spēm. ¶ Quantum ad 2m quomodo scz fantasma. virtute intellectus agentis moueat intellectū possibilem sunt tres opiniones. Prima est ꝙ intellectus agens agit in fantasmata non aliquid imprimendo fantasmati sed remouēdo vnde re vlr ꝛ singulari proposita intellectus agens separat a natura vli conditiones indiuiduātes quib⁹ ipediebat illa natura. amouēdo itellectū polēm ꝛ sicut dr facere naturā vlez ꝛ potētē mouere itellectū possibilē ista tamen separatio secundū eos non est scdm rez sed scdm rationem intelligendi istud aūt non videtur verū primo quia agens remouens prohibēs licet nichil imprimat et a quo prohibens tollitur vt si dicatur ꝙ amouēs colūpnam nichil imprimat directe lapidi supposito tamen aliquid imprimit ipsi impedimento quod remouet puta motum imprimit colūpne impedienti quam remouet. Intellect⁹ autem agens nichil imprimit non solum nature vniuersali sed nec ꝯditionib⁹ indiuiduātibus que ponuntur impedire ergo non potest dici ꝙ intellect⁹ agens det virtutem fantasmati ad mouendum remouendo ꝓhibens. Si dicatur ꝙ remouet illa nō agendo aliquid sed substrahendo influentiam sequitur ꝙ intellectus agens prius conseruabat cōditiones indiuiduantes vel ꝙ saltez ꝯseruabat id a quo cōditiones iste conseruabantur. quia nulluz agens remouet aliquid substrahendo influentiam suam nisi id quo mediante vel imediate conseruabatur ab eo. hoc aūt est incōueniens Si intellect⁹ agens sit conseruantes ꝯditiones indiuiduantes mediate vel imediate ergo. ꝛc. Item illud quod hz esse scdm rōnem tm̄ non est causa actionis realis sed predicta separatio est tm̄ scdm rationē intelligendi. ergo per hoc fantasma non pōt realiter mouere intellectum. Itez nichil agit nisi singulare sz per talē abstractionem fantasma nō habet esse singulare. vel reale ergo ꝑ talem abstractionē nō cōuenit sibi agere in intellectum. Sed secunda opinio dicit ꝙ fantasma dicitur mouere intellectum possibilem in virtute intellectus agentis nō ꝙ fātasma aliquid recipiat in se sz magis ex parte effectus ita ꝙ fantasma et intellectus agens simul cōgunt in itellectum possibilē. n er vnū agit sine alio licet vnum nichil recipiat ab alio. sicut diceretur ꝙ in aere est species coloris in virtute luminis quia spēs coloris non fit in aere sine lumine. Sed contra. secundū hoc nō deberet magis dici ꝙ fātasma moueri in virtute intellectus agentis q̄ ecōuerso quia vtrūq̄ requiritur. Tertia opinio dicit ꝙ intellectus agens aliquid imprimit fātasmati in cuius virtute agit et illud impressum est aliqua imutatio spiritualis et quodāmodo imaterialis non ex parte subiecti sed quia habere esse magis actuale et ꝑ ꝯs minus materiale quia potissima cōditio materie est potentialitas. Si dicatur istud impressuz recipitur in organo fantasie ergo habet conditiones indiuiduantes et sic est meteriale. Dicēdū ꝙ verū est ꝙ est aliquomodo materiale vt dictuz est ex parte subiecti tamen tollitur ab eo condicio materie q̄ est potentialitas vnde per ipsum fantasma fit magis potens et quia multis nō placet ꝙ aliquid realiter imprimatur fantasmati ideo suadetur. quia fātasma mouet intellectum vel ergo habet virtutem mouendi de se vel ab intellectu agente. Si scdm sequitur ꝙ in se recipit aliquam virtutez Si primū

sequitur q fantasma est nobilius specie intelligibili. Forte dicis q non quia est causa partialis. Contra causa partialis se sola potest causare partē effectus ergo fantasma se solo potest causare speciem magis remissam. Item si fātasma nichil recipit ab intellectu agente sequitur q non est instrumētum eius. Ex hoc enim q securis est īstrumētū ideo nūq mouet nisi moueatur si autē nō est instrumentū sequitur q est perfectius suo effectu scilicet spē intelligibili alias non posses pbare q intellectus agens sit pfectior possibili vt dicit phi. quia non est causa totalis quia fantasma cōcurrit. Quacta potest esse opinio q solus intellectus agens pducit intellectionē et fantasma solum est cā sine qua nō ipsius intellectionis. Sed cōtra posita causa totali potest poni effectus sz cecus habet intellectum et tamen non potest iudicare de coloribus. De opinione autem s.t. supra visū est disputando de intellectu agente ex s.t. in.q. de anima ar.18. ad 11m.

Quantū ad 2m. dicitur q necesse est ītelligētez p nunc ad fātasmata conuerti quia vt dicit s.t.1.parte.q.84.ar.7. videmus q leso organo leditur intellectus ergo actus fantasie requiritur ad actū intellectus non solum in acquirendo sciētiam sz etiam in vtendo speciebus iam acquisitis. Et ideo frenetici qui sunt lesi in ymaginatione vel litargici in memoria impediuntur ab actu intelligēdi. Secūdo ptz quia quando aliquis conatur aliquid itelligere format sibi aliqua fantasmata p modum exemplorum et quādo volum⁹ aliquē docere proponim⁹ sibi exempla p que addiscens possit sibi formare fantasmata cuius ratio est quia intellectus noster est circa quidditates que habent esse i aliquo particulari et ideo non perfecte cognoscūtur nisi cognoscātur vt in particulari existentes hoc autem fit saltē in nobis p ymaginationem et ideo oportet q ītellectus cōuertat se ad fantasmata vt speculetur naturam vniuersalē in particulari existētem. Itē videmus homines ledi ex nimio studio ergo ibi concurrit corpus. Ex hiis patet q cōuerti ad fātasmata nō est producere spēz q2 producta specie adhuc indigemus hac cōuersione ad intellectionez naturalem quia de visione beatorū nō loquimur ex hoc patet quare habens multas species potius vtitur vna q̄ alia.

¶ Contra hec arguitur Primo probando q nō intelligimus res materiales per abstractionē a fantasmatibus quia quicunq intelligit rē aliter q̄ sit est falsus sed forme rerū materialiū non sūt abstracte a particularibus quorū similitudines sunt fantasmata. Si ergo intellectus res materiales intelligat per abstractionez spēruz a fātasmatibus erit falsitas in intellectu nostro. Itē de ratione quidditatis materialis est q sit in hoc particulari existēs vt dicit S.T.1.parte.q.84.ar.7. ergo impossibile est intelligere quidditatē rei materialis nisi intelligatur hoc particulare ergo non intelligimus per abstractionem.

¶ Secūdo queritur quia intellectus abstrahit speciem a fantasmatibus. Non potest dici q sit intellectus possibilis q2 ille nichil agit. Nec est intellectus agens quia abstrahere est intelligere vnū sine alio sed intellectus agens nullam habet intellectionem igitur.

¶ Tertio queritur quid est abstrahere a fātasmatibus Forte dicis q est fantasmata causare spēm in intellectu possibili. Contra sequeretur q fātasmata abstraherent a fantasmatibus quia supra dictuz est q causāt speciē in intellectu possibili Sz dices q abstrahere spēm a fātasmatibus est cōuerti ad fātasmata. Sed cōtra san. tho. ponit diuersos articulos circa ista ergo nō sunt idem. Itē secundū phm necesse est intelligentē fantasmata speculari ergo intellectus intelligendo nō abstrahit a fantasmatibus Forte dicis q abstrahere est intelligere naturam non intelligendo singulare. Cōtra intellect⁹ per reflectionem intelligit singulare. ergo tūc nō abstrahit a fantasmatibus. Forte dicis q abstrahere est intelligere rem sine materia. Contra materia cadit in diffinitione rei naturalis ergo impossibile est intelligērē naturalē nisi ītelligat materia.

¶ Quarto si intellectus intelligit per abstractionē a fātasmatib⁹ vel hoc est q2 fātasma educit spēz de potentia intellectus possibilis & hoc non. q2 species intelligibilis est forma spūalis et intentionalis que nō potest educi de potētia subiecti. vel hoc est quia eadem spēs transit a fantasmate ad intellectum possibilē et hoc est impossibile quia accidēs non migrat de subiecto in subiectum.

¶ Quinto arguitur q non est necesse intelligentem fantasmata speculari quia habens scientiam potest exire in actūq̄n vult alias non ab differret a discente. ergo habens habitū scientie in intelligēdo non necessario cōuertitur ad fantasmata. Itez ītellectus agens īmediate agit in intellectū possibilem. ergo non est necessarium q cōuertatur ad fātasmata. Añs patet q2 intellectus agens se habet sicut lumē quod imediate inmutat visum.

¶ Sexto arguitur q intellectus agens nichil imprimit in fātasmatibus quia omne quod recipitur in aliquo recipitur secundū modum rei recipientis ergo illud quod imprimitur fantasmati recipitur ī duidualiter et materialiter et per 2ñs fantasma est eque in potentia sicut prius quia per nulluz materiale potest deduci de potentia ad actum. Item sic dicit dñicus scz q nichil imprimitur in fātasmatibus sed magis abstrahitur.

¶ Septimo intellectus intelligit deū et subās separatas. sed talia nō cadunt sub fantasmatibus. Item posita causa totali ponitur effectus sed causa totalis actus intelligendi est intellectus agēs et spēs intelligibilis. et ista sunt in aīa seclusis fantasmatibus igitur. Item nos intelligimus mathematicalia que abstrahunt a materia non autez fantasma. ergo aliqua intelligimus sine cōuersione ad fantasmata.

¶ Octauo homo qui moritur habet magnū dolorē in corde dato q cetera membra sunt mortua tenendo secundū aliquos q vna pars moritur añ aliam et q cor est vltimum quod moritur in homine. Mortuo ergo capite stat q vita sit in corde et tunc homo potest dolere et tristari et per consequens cognos

fcere tunc autem non est fantasma.

¶ Nono fantasma impedit intellectionē. ergo nō requiritur. Añs patet ex Aug⁹ dicente ꝙ quidam errantes de deo scđz corpus sapiūt qꝛ nichil de co sentiūt nisi quod in fantasiis ꝛ in sēsib⁹ inuenitur.

¶ Decimo estimatiua distinguitur a fantasia ꝛ similiter mēoria. ergo ꝟtute istoꝝ ita bñ pōt causari spēcies in intellectu scꝫ spēs montis aurei sicut a fantasia ergo nō est necesse intelligentē fantasmata speculari qꝛ virt⁹ cogitatiua est nobilior ꝛ ꝓpinquior ergo ipsa pot⁹ agit in ītellectu. Itē dormiēs habꝫ spēs in fantasia qꝛ ipsa ꝯseruat tñ illi nō sufficiunt ad intelligendū. Itē aīa sepata intelligit et tñ nō habet fātasmata. qꝛ fātasmata sūt in corpore.

¶ Undecimo si necesse esset intelligentē fātasma ta speculari hoc maxīe esset qꝛ fantasmata ꝯcurrūt ad producendū spēm intelligibilē. sꝫ hoc est fl̄m qꝛ nullū materiale ꝓducit imateriale. sed fātasma ē res materialis ergo non producit speciē intelligibilē que est materialis. Itē causa est nobilior effectu vel eque nobilis qꝛ oīs causa cōtinet ꝟtualiter effectum vel foꝛ̄aliter. et si ꝯtineat virtualiter tunc est nobilior. ꝗꝫ si ꝯtineret formaliter sicut sol est nobilior igne qꝛ ꝯtinet virtualiter calorez quē ꝯtinet ignia. Forte dicis ꝙ spēs fantasmatis nullo modo est causa speciei intelligibilis. Cōtra scđm phm̄ et San. T. in 3° de aīa. lec. 12. Intellectus mouet̄ ab intelligibili. sicut sēs⁹ a sēsibili sꝫ nō mouet̄ imediate a bītelligibili ꝗ mouet̄ ab eo mediāte fātasmate

¶ Duodecimo. fātasma nichil est. Probat̄ qꝛ fātasia nichil est. dixit eñ phūs et. S. T. lec 5. ꝙ fantasia non est sensus in actu vel in potentia nec est intellectus nec appetit⁹ nec alia potētia vegetatiua vel motiua. ergo fantasia nichil est.

¶ Terciodecimo. si spēs reseruaretur in oculo a deo tūc vis⁹ posset videre sine luīe ergo ex quo spēs ꝯseruat̄ in intellectu seq̄tur ꝙ intellect⁹ pōt intelligere sine ꝯuersione ad fātasmata. Itē per habitus infusos cognoscim⁹ credibilia ad quoꝝ cognitionē non cōcurrit fantasia quia habitus infusus vel interior inspiratio sufficit vt patet in beatis.

¶ Quartodecimo arguitur querendo a quo fit ista ꝯuersio ad fātasmata. Si dicas ꝙ fit ab intellectu agēte. Cōtra Abstractio nō req̄rit intellectū agētem ergo nec ꝯuersio. Añs patet quia visus videt albedinē sine dulcedine ergo abstrahit vnū ab alio et tamē ad hoc nō concurrit intellect⁹ agens ergo ad hoc ꝙ intellect⁹ abstrahat idest intelligat vnum sine alio non requiritur intellectus agens.

¶ Quintodecimo. illud a quo aliquid abstrahitur est pri⁹ notū sꝫ fantasmata nō primo cognoscunt̄ ab intellectu nec singulare ergo intellectus non prīo intelligit per abstractionem a fantasmatibus.

¶ Ad primū dicit̄ a. S. T. 1. pte. q. 85. ar. 1. ad 1^m ꝙ dupliciter contingit abstrahere. Primo ꝑ modum cōpositionis et diuisionis. sicut cum intelligimus aliquid nō esse in alio et hoc non est sine falsitate nisi ita sit. Secundo per modum simplicis cōsiderationis et sic non est falsitas vt cū videm⁹ colorē pomi non videndo ei⁹ dulcedinem vel cū intelligim⁹ hoīem non intelligendo cōditiones illius particularia. Secundo respondetur distinguendo maiorē quia si aliter accipiatur ex parte intelligentis tūc est falsa quia alius est mod⁹ intelligendi et modus essendi ipsius rei vel si lꝛ aliter se teneat ex pte obiecti et tunc est vera Ad aliud dicitur ꝙ esse ī pticulari ē de ratiōe nature ꝓ ꝗᵗo, īpossibile est naturā esse nisi sit in aliquo particulari.

¶ Ad scđm dr̄ ex. S. T. ibidē ad 4^m ꝙ fantasmata illuminantur ab intellectu agēte et ab eis ꝑ virtutem ei⁹ abstrahūtur spēs intelligibiles illuminant̄ quidē qꝛ sicut pars sensitiua ex cōiunctione ad intellectum efficitur virtuosior ita fātasmata ex virtute intellectus agētis reddūtur habilia vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahārur. Si querat̄ quomodo intellect⁹ agens abstrahit spēs intelligibiles a fantasmatib⁹ Dicēdum ꝙ hoc est ꝓ ꝗᵗo per virtutē intellect⁹ agentis possum⁹ accipere in nr̄a cōsideratione natures speciꝝ sine cōditionib⁹ indiuidualib⁹. Et ꝑ hoc patet ad argumentū. Si q̄ratur An sol⁹ intellect⁹ agēs causat spēꝫ in ītellectu possibili. Dicit ibidem ad 3^m ꝙ fantasmata ꝟtute intellectus agētis possūt īprimere ī ītellectū possibilem spēm representatiuā eorū que ꝯ sūt fātasmata ꝗᵗū ad naturā spēi et per hūc modū dicitur abstrahi spēs intelligibilis a fātasmatibus nec ad productionē huius spēi cōcurrit ītellectus possibilis et per hoc ptꝫ ad 3^m. Quidā dicūt ꝙ intellect⁹ agēs habet triplicē operationē Prima est illustrādo fātasmata. Secūda est ex fātasmatib⁹ illustratis abstrahē spēꝫ ītelligibilē 3ª. ē ꝑ illā spem determinare ītellectū possibilem ꝛ primuꝫ est ꝯuerti ad fātasmata. Si q̄ratur que ētitas sit illa illuminatio fātasmatū de hoc satis dictum est.

¶ Ad 4. dr̄ ꝙ spēs educitur de potentia ītellect⁹ possibilis ꝛ ītellectio similit licꝫ sit foꝛa spiritualis

¶ Ad 5. dr̄ ꝙ habens sciētiam potest si vult faciliter sibi formare fātasmata et ideo differt ab adiscēte. Ad aliud dr̄ vt supra. Si dicatur ad intellectionem sufficit ꝙ res habeat esse imateriale sꝫ ꝑ spēꝫ ꝯseruatam in ītellectu res habet esse imateriale ergo tunc nō īdigemus operatione ītellectus agētis maior ptꝫ qꝛ omne īmateriale est ītelligibile. Forte dicis ꝙ ītellectus possibilis est potētia pure passiua et ideo īdiget actione ītellect⁹ agentis. Cōtra a cognoscēte et cognito paritur noticia secundū Augu. sꝫ ītellect⁹ possibilis est cognoscens ergo ꝓducit noticiā Itē in āgelis non est ītellect⁹ agens secūdum s. t. ergo eoꝝ ītellectus non est potentia pure passiua. Forte ꝯcedis ymmo est ex toto actiua qꝛ nō cognoscūt ꝑ abstractionē a rebus: Cōtra tūc idē scđm idē ageret et reciperet cognitionem ꝛ moueret se. Itē si produceret cognitionem maxime ꝓduceret cognitionē sui sꝫ hoc est falsū qꝛ illa est sibi cōnaturalis et coeua ergo producit̄ tantū a generāte substātiam ei⁹. Itē actus āgeli capiunt spēm ab obiecto vnde actus est ꝑfectior qui est ꝑfectioris obiecti ergo depēdet ab obiecto scꝫ in aliquo genere cause. Itē si ītellectus possibilis se haberet tm̄ passiue seq̄ret̄ ꝙ spēs esset ꝑfectior intellectu possibili qꝛ sicut viuū ē ꝑfectius ꝗ̄ non viuēte ita eē actiuū ē ꝑfecti⁹ ꝗlibet pure passiuo Itē

tunc itellectus possibilis diceret itelligere per accidens sicut aqua calefacit ꝑ accidēs scilꝫ per calorem in ea productū ab igne. Itē itellectus possibilis dr̄ generare prolē idest ꝟbū mētis et ex noticia ꝓmissarū potest causare noticiam ꝯclusionis Ideo ꝯceditur ꝙ itellectus possibilis est aliquoº. actiuꝰ Sꝫ ꝯtra scđm ari. hic probāt em itellectū agētem. idem respectu eiusdem nō habere rōnē receptiui ꝛ actiui Itē tūc itellectus possibilis esset itellectꝰ agens qꝛ esset actiuus nec posset probari ꝙ itellectus agēs sit nobilior vt habetur t.c.19. Dicēdū ꝙ respectu spēi itelligibilis itellectꝰ possibilis se habet tm̄ passiue Sꝫ ꝯtra itellectus agēs ergo solus facit de potētia itelligibili actu itelligibile scꝫ producēdo spēm ꝑ quam res habet esse imateriale et ꝯ producta spē non āplius agit itellectus āgens. Dicēdū ꝙ in nobis actꝰ itelligēdi depēdet quo ad fieri et cōseruari a spē que est in itellectu et a fantasmate ꝛ ab itellectu agēte sicut visio ab obiecto.

¶ Ad 6m. ptꝫ ex dictis.

¶ Ad 7. dr̄ ꝙ cā itelligitur ꝑ fātasmata sui effectꝰ Ad aliud dr̄ licet mathematicalia sint abstracta a materia sēsibili nō tm̄ a materia itelligibili sicut deus et. Notādum ꝙ itellectꝰ intelligit semꝑ cōuertēdo se ad fātasmata et etiam abstrahēdo cōuertēdo quidē inꝯtū itelligit vniuersale quod habet eē in sigularibus. Abstrahēdo vero inꝯtū intelligit vl̄e nō itelligēdo sigulare s.t. de veri. q. 10. ar. 4. 6

¶ Ad 8. negatur aūs.

¶ Ad 9. dr̄ ꝙ fātasma ꝑ accn̄s īpedit itellectionē

¶ Ad 10. dictū est supra et de anima separata dicetur in sequētibus.

¶ Ad 11. ptꝫ in corpore articuli.

¶ Ad 12. dicit ꝙ fātasia nō est sēsus loquendo de sēsibus exterioribus.

¶ Ad 13. dr̄ ꝙ per habitū īfusūꝫ nūc non cognoscimus nisi cōuertēdo nos ad fātasmata.

¶ Ad 14. dr̄ ꝙ visus nō abstrahit vl̄e a singulari. Ad 15. negatur maior vl̄ dicitur ꝙ dupliciter contingit abstrahere scꝫ priuatiue idest itelligēdo vnū sine alio. Alioº positiue idest intelligendo vnum non esse in alio.

AD 3m sic proceditur videtur ꝙ q̄dditas rei materialis nō sit obiectū intellectꝰ qꝛ obiectū intellectꝰ est illud quod primo apprehēditur ab eo. Sꝫ ens primū quod apprehēditur ab intellectu. ergo ens est obiectū intellectꝰ et non quidditas rei materialis Sꝫ contra intellectus prio et ꝑ se intelligit quidditatē Non aūt quidditatē sepatam vt voluerūt platonici ergo intelligit quidditatē existentē in rebus materialibus sed illud qđ primo intelligitur ab aliqua potētia est obiectū eius ergo q̄dditas rei materialis est obiectum intellectus nostri.

¶ Respōdeo dicendū ꝙ videndū est de duobus. Primo An nūc a nobis cognoscat̄ q̄dditas rei materialis Scđo. An ipsa sit obiectū nr̄i intellectus. Quartū ad primū supponit̄ ꝙ quidditas rei materialis est natura alicuiꝰ ꝯpositi ex materia et forma Quidā ergo dicunt ꝙ pro statu huiꝰ vite nō habemꝰ ꝯceptū substātie absolutū. sꝫ solū ꝯnotatiuum Nec habemus de substātia noticiā intuitiuā sꝫ abstractiuam qꝛ nr̄a cognitio hꝛortū a sensu qui solꝫ cognoscit accidentia. ergo intellectꝰ nō cognoscit subām nisi vt stat sub accidentibꝰ. et sic nō cognoscit intuitiue subām absolute Alias posset quis scire naturaliter. ꝙ in sacramēto altaris non est panis Et qꝛ distincta ꝛ ꝓpria noticia abstractiua ꝓsupponit intuitiuā Ideo dicūt ꝙ de subā non habemꝰ absolutam noticiam et propriam. Sed contra Aia scđm istos cognoscit seipsaꝫ intuitiue ergo de aliqua substantia possumus habere absolutam noticiaꝫ ꝛ propriaꝫ. Itē tunc periret ꝑdicamentū subē scđꝫ phm̄ quia nichil ponitur in ꝑdicamēto subē nisi scđm ꝙ absolute cōcipitur vel cōceptus absolutus. Itē in predicamento ponūtur quedā noīa positiua vt corpus et aīal. Alia aūt sunt priuatiua vt irrationale incorporeū ad denotandū ꝙ de aliquibꝰ substātijs habemus cōceptum ꝓpriū spēi et differentie Forte dicts ꝙ bene habemus noīa absoluta substantie non tm̄ habemꝰ ꝓpriū cōceptū. sed cōtra Nomē vocale nichil significat nisi mediāte cōceptu. nec propositio vocalis est vera nisi qꝛ subordinatur mētali vere Queritur ergo cui subordinatur ista; sortes est aīal et quod est predicatum eius in mēte. Non em̄ ibi predicatur cōnotatiuū ergo ꝑdicatū est ꝯceptus absolutus substantie. Itē hō diffinitur a nobis q̄dditatiue. Itē 7º metaphisice dicit phūs. ꝙ subā ꝑcedit accidēs cognitione. Et in hoc 3º dicit ꝙ spēs lapidis est in aīa. et in 1º dictū est. ꝙ aliqn̄ accidentia cōferūt ad cognoscendū quod quid est. ergo possumus quidditatiue cognoscere substantiā. Dico ergo ꝙ cognoscimus subām per ꝓpriā spēm et ꝓpriū ꝯceptum vide. s.t. 1. pte. q. 84 dicit ꝙ intelligimus corpora et alia per species quas accipimꝰ a rebus sensibilibus virtute intellectus agentis Fātasmata em̄ nō sufficiunt imutare intellectuꝫ possibilē sꝫ oportet ꝙ fiant intelligibilia actu per intellectum agente vn̄ ar. 6º dicit ꝙ cognitio sensitiua non est totalis et ꝑfecta cā intellectionis sed magis quodāmodo media causa. Ex quo patet ꝙ non est vera opinio Auicēne. q̄ dicebat nos intelligere subām per spēs influxas ab intelligētijs Nec est vera sētētia platonis qui ponebat quasdā ydeas ꝑticipari ab aīa nr̄a vt sic intelligeremus oīa. vide ibidem arº. 3º. et 4º. Quantū ad 2m. Henricꝰ videtur velle ꝙ naturale ꝛ primū obiectū nr̄i intellectus est deꝰ sub ratione primi veri. ꝛ Scotus dicit ꝙ intellectꝰ nostri nullū est naturale obiectū primū ꝑ adeq̄tionē virtualē. idest virtualit̄ ꝯtinens oīa ꝑ se intelligibilia Nō ei est subā. vel deꝰ qꝛ accidentia ꝓpria virtute mouet intellectū ad sui noticiā. Itē nulluꝫ etiā est obiectū ꝑ adequationē cōitatis qđ dicatur in quid de oībus ꝑ se intelligibilibꝰ Ens em̄ nō dr̄ sic de oībus qꝛ non de suis passionibus qꝛ cadit in diffinitione earū sicut additū qꝛ dicūtur de eo ꝑ se secūdo modō. Nec de vltimis differētis. qꝛ ipse ꝓprie differrēt Hijs tm̄ nō obstantibꝰ. ens est primū obiectū intellectꝰ nr̄i qꝛ vniuoce ꝯtinet quedā ꝛ reliqua virtualiter. Sꝫ ꝯtra qꝛ differentie entis lꝫ de facto ens nullas habeat differentias sūt quidditatiue vere res. ergo sunt quidditatiue entia Et per ꝯn̄s

ens dr̄ de eis quidditatiue añs ptꝫ q2 non sunt qd-
ditatiue nichil q2 tunc illa de quorū ratione sunt
non essent quidditatiue aliquid. Itē circūscribat
ab vltimis differētijs omne quod est extra intelle-
ctum quidditatiuū earū et tunc quero de illo quod
remanet vl' est aliquid vl' nichil si primū ergo esse
aliquid est de intellectu qdditatiuo eius. si secūdū
ergo vltima differētia vt sic non costituit in spē po
sitiua. Sꝫ dices ꝙ aliquid non est qdditatiue ens
sꝫ passio eius. Contra. circunscribatur omne quod
non est de intellectu qdditatiuo ipsius aliqd et tūc
quero de illo quod remanet vl' est aliquid vl' nichil
si 2m. ergo aliquid est nichil q2 aliquid omni alio cir
cūscripto non est ens. Itē potentia non fertur in ali
quid nisi sub ppria ratione sui obiecti formalis sꝫ
intellect9 cōcipit differātiam ergo cōcipit eam sub
formali ratione ētis. Item potest argui ꝙ ens pdi
catur in quid de suis passionibus q2 circūscribatur a
bono. ratio entitatis si adhuc ibi est ratio boni sequi
tur ꝙ vnū nichil habet rationē boni quod est falsū
q2 bonū est quod omnia appetūt et ibi ly quod re-
fert ens. Forte dicis ꝙ refert passionē entis. Tūc
iterū quero qñ diffinietur illa passio an in sua diffi
nitione vl' descriptione ponetur ens vl' alia passio
et cū in diffinitionib9 nō sit circulatio nec procedit
in īfinitū oportebit venire ad aliquā passionē in cu
ius ratione ponetur ēs Itē de aliqua bonitate pu
ta de iusticia pdicatur ēs qdditatiue ergo etiam de
bono in cōmuni Itē tūc esset plusq3 decē coordina
tiones pdicamētales q2 vt dr̄ pri. ethi. sicut ēs di-
uiditur ita z bonū si ergo ēs nō dicatur qdditatiue
de bono tūc coordinatio boni distinguet a coordina
tione ētium et pdicatū qdditatiuū fortis vt est bo-
nus bonitate trāscēdētali erit aliud ab eo vt est ēs
et sic erūt plura genera et coordinationes
¶ Tertia est sētentia s. t. scꝫ ꝙ obiectū primū et p
se nostri itellect9 est ens. Primū dico idest adequa
tum et q2 primo cōcipitur p se vero q2 vnū quodqꝫ
est itelligibile ex hoc ꝙ habet rationem entis seu
ꝙ est actu sꝫ materiale obiectum itellectus z cōna
turale et proportionatū nobis ad itelligēdum pro
statu vie. est quidditas rei materialis. Non tamen
est intelligendum ꝙ ratio talis quidditatis sit for
male sed materiale Sed est pprium idest propor-
tionatum siue pfecte cognoscibile. et in ipsum im-
mediate fert itellect9. Nec aliqd pfecte cognoscit
a nobis. nisi ipso cognito. Nō ē aūt pprīū ꝙ omne
itelligibile sit quidditas rei materialis. et eodēmō
pōt dici primū. No' ant dr̄ in statu vie. q2 beati cla-
re cognoscunt deū qui nō est qdditas rei materia-
lis. sed pro isto statu nichil possum9 intelligere ni-
si per fātasma. quod est de re materiali et similitu-
do alicui9 materialis Sed an. sensus vel fantasia
apphendat essentiā rei. Dicit. s. t. 1. pte. q. 57. ar. 1.
ad 2. ꝙ sensus siue ymaginatio nō apphendit essē-
tias rerum. sꝫ exteriora accidentia intellect9 aūt so
lus apprehēdit essētias rer. Quod aūt ens sit obie
ctū intellectus dicit. s. t. 1. pte. q. 5. ar. 2o. et de quid
ditate materiali. 1. pte. q. 89. ar. 3. Sꝫ qritur An qd
ditas rei materialis sit aliquid distictū a re ipsa sin
gulari realiter. Plato dixit ꝙ qdditates rer. sūt se
cundū rē separate a singularibus et vocat eas yde
as. sed de hoc dictū est satis ī logicalib9. scꝫ quomō
hūanitas realiter distinguitur a petro ex hoc ꝙ pe
trus aliqd includit quod humanitas excludit quia
hūanitas solū significat ea que sūt de rōne hois.
Quidditas tñ nō reperitur nisi in aliquo singulari
Singulare aūt cognoscit a sensu Quidditas vero
ab intellectu. Et q2 in angelis suppositum et natu
ra non differunt. ideo ab eadeꝫ potētia cognoscunt
¶ Cōclusio. Quidditas rei materialis est obiectū
adequatum nostri intellect9. eomodo quo declara-
tum est. q2 non intelligim9 nisi p spēm. spēs aūt in-
telligibilis abstrahitur a pticularib9. q̄ sūt materia
lia et p ɔñs est similitudo rei materialis ergo obie
ctum intellect9 est pdicta quidditas q2 obiectū po-
tētie vel actus est scdꝫ ɔditionē forme que est prin
cipiū hui9 actionis Si qratur vñ habet intellectus
possibilis ꝙ non intelligit p suā essentiā sed per
spēm intelligibilē Dicendū ꝙ res materialis non
est de se intelligibilis et ideo opꝫ ꝙ habeat esse im
materiale in itellectu p spēm itelligibilē. Itē ob-
iectū potentie debet esse sibi pportionatū. sꝫ intel
lectus noster nūc est ɔiūctus scdm esse et sepat9 se
cundū rōnem et hoc similiter conuenit quidditati
rei materialis que est ɔiūcta supposito scdm esse et
distincta ab ipso scdm rōnem. ergo ipsa est obiectū
intellectus.
¶ Contra hec ar. Primo ꝙ subā nō intelligatur a
nobis. q2 nichil est qd pducat spēꝫ eius in itellectu
Accidens em nō pducit nisi spēꝫ accidentis. Nec
potest dici ꝙ ipsamet subā pducit spēm sui nec ipsa
substātia pducit spēm sui in itellectu q2 nichil agit
in remotū nisi agat in propinquū. sed subā nō pdu
cit spēꝫ sui in medio nec in sensu exteriori ergo nō
pducit spēm in itellectu. Item necesse est intelli-
gentē fantasmata speculari sed fātasma nō repsē
tat subām q2 oēs sensus solū sunt de accidentibus
ergo fantasma non representat nisi accidentia.
¶ Scdo Nichil intelligitur nisi p sibi simile Sꝫ ni
chil quod est ī itellectu est simile substātie materia
li q2 spēs recepta in intellectu est accidēs ergo est
alterius gñis a subā. Sꝫ ea q̄ sunt diuersoruꝫ gñm
non sūt similia. Itē tunc nō oporteret p accidentia
deuenire in cognitionē subē q2 substantia per pro-
priam speciem cognosceretur.
¶ Tertio hō et asinus nō possūt eodē ɔceptu ab-
soluto representari. ergo nō habem9 ɔceptū aīalis
Tenet ɔña q2 ɔceptus aīalis repsentat hoīeꝫ et a
sinū Añs pꝫ q2 act9 distinguūtur p obiecta Itē spe
cies non est expressa similitudo rei. p hoc eī differt
a vbo q̄ p spēm nō possum9 subām pfecte z distincte
cognoscere. ¶ Quarto ar. ꝙ spēs subē in itellectu
nr̄o a nullo pōt pduci q2 hoc maxie esset a fātasma
te. q2 spēs intelligibilis nō est ī fātasmate Forte di
cis ꝙ est ibi virtualiter z in itellectu foralr. Cōtra
sequeret ꝙ fātasia esset nobilior intellectu possibi
li. q2 pfectius est hr̄e aliqd in actu virtuali q3 ī actu
forali vñ sol q est virtualit calid9 est pfectior igne q̄
est foralit calid9. ¶ Quito daro ꝙ spēs itelligibi-
lis sit in itellectu adhuc tñ ipsa nō pōt pducere in
tellectionē subē. in itellectu possibili q2 alias spēs

esset pfectior itellectu possibili qr agere est nobilius q̄ȝ recipere ergo pfectissimus act⁹ spēi est nobilior pfectissimo actu itellect⁹ possibilis Itē solus itellect⁹ agēs facit aliqua esse actu itellecta ergo spēs itelligibilis nō facit actū itelligēdi sicut nec lux visionē coloris sʒ disponit mediū.

¶ Sexto tunc cec⁹ posset iudicare de colorib⁹ qr tota cā quare nō potest de ipis iudicare p itellectū est qr non cadūt sub sēsu sʒ hoc non ipedit qr iudicamus de substātia que non cadit sub sēsu. Itē forma que est in itellectu est immaterialis ergo p eaʒ nō cognoscitur q̄dditas rei materialis.

¶ Septimo ar ꝙ q̄dditas rei materialis nō est obiectum itellect⁹ qr nos nō cognoscim⁹ q̄dditatē omniū corporū vt pʒ de celo s. t in q. de anima ar. 16. tum qr nos itelligim⁹ p abstractionē a ꝯditionibus materie sʒ q̄dditas rei materialis nō est sine ꝯditionibus materie ergo nō est obiectū itellect⁹. Item phi. dicit hic ꝙ ipsū quod q̄d est est obiectū itellectus ⁊ nō loquitur de quo quid est ipsius q̄dditatis materialis igitur ⁊c.

¶ Octauo eadē potētia sēper habet idē obiectum qr potētie distiguūtur per obiecta sʒ obiectū anime separate nō est q̄dditas rei materialis qr aīa separata pfecte cognoscit aliam animaʒ separatā. Itē nichil sequēs potētiā variat obiectū eius sʒ ꝯiūctū esse materie accidit potētie itellectiue ergo nō variat obiectū eius.

¶ Nono nūc habem⁹ habitū fidei ⁊ habitū metha. quoꝝ obiecta sūt aliqua imaterialia sʒ primū obiectum habitus ꝯtinetʳ sub primo obiecto potētie alias nō eēt habitus illius potētie sʒ imaterialia nō ꝯtinētʳ sub q̄dditate rei mālis ergo q̄dditas rei materialis nō est obiectū. Forte dicis ꝙ q̄dditas rei materialis est adequatū obiectuʒ ad hūc sēsū ꝙ nichil aliud a nobis potest pfecte itelligi sʒ oīs q̄dditas rei materialis est pfecte a nobis itelligibilis. Contra tūc eadeʒ ratione deberet dici ꝙ q̄dditas rei materialis est obiectū metha. qr per ipsā nichil aliud pfecte cognoscimus.

¶ Decimo nulla potētia pōt cognoscere obiectuʒ aliquod sub ratione cōmuniori q̄ȝ sit ratio sui primi obiecti. qr tunc illa ratio primi obiecti nō esset adequata. vñ visus nichil cognoscit nisi sub rōne coloris sʒ intellectus cognoscit aliquid sub rōne cōmuniori q̄ȝ sit ratio entis materialis qr p habitū methaphisice cognoscit ens sub rōne entis. Itē quicq̄d per se cognoscitur a potentia. est obiectū vel continetur sub ipso. sed ens et substantia p se cognoscitʳ ab intellectu. ergo cōtineretur sub quidditate rei materialis quod est falsū. Minor patet qr habem⁹ ꝓpriū cōceptuʒ gñis gñalissimi.

¶ Undecimo Accidētia a nobis intelligūtur ⁊ tñ nō sunt quidditates rei materialis vt supra diffinitum est. Item tūc intellect⁹ non differret a potētia ymaginatiua qr quicquid est intelligibile. est ymaginabile et econuerso. quia de quolibet ymaginabili potest formari propositio ergo est intelligibile.

¶ Duodecimo Nō valet rō posita scʒ qr potētia ꝓportionatur obiecto. Hoc eñ nō est verū quo ad modum essēdi. Obiectū ei se habet ad potētiam sicut mouēs ad mobile sʒ mouēs nō hʒ similē modū essēdi cū mobili vt patet de angelo mouete celū. Hec visus habet similē modū essendi cū suo obiecto q̄ quoddam visibile est in subiecto incorruptibili scʒ in celo. Spēs etiā que est in itellectu est imaterialis et tñ est de lapide q̄ est materialis Itē seclusis accidentib⁹ nulla q̄dditas subē a nobis intelligeret qr deficiente sēsu deficit scientia. ergo q̄dditas rei materialis non est per se intelligibilis.

¶ Tertiodecimo arguitur. vel quidditas rei materialis differt a supposito scʒ humanitas ab homine vel non. Si primum Contra phūs dicit hic ꝙ idē est caro et carnis esse. sed caro pertinet ad rem materialem ergo in istis suppositū ⁊ essentia sunt idē. Nec valet dicere ꝙ homo includit accidentia quia species substantie que est in intellectu nullo modo representat accidentia. Item diffinitio et diffinitum sunt idē essentialiter ergo quod quid est. quod est significatum diffinitionis est idem cum eo cuius est quod est ipsum diffinitum.

¶ Quartodecimo. Arguitur ꝙ ens nullo modo sit obiectum intellectus quia possumus itelligere nō ens vt patet 4° methaphisice sed nichil intelligitur nisi cōtineatur sub obiecto intellectus. vel nisi sit ipsūmet obiectum. Itē nichil est intelligibile nisi sit sensibile. sed non oīs essentia est sensibilis ergo ens non est adequatū et primū obiectū intellectus. ¶ Quintodecimo arguitʳ ad idē. obiectū potentie debet esse vnū quia potentie distinguūtur p obiecta. sed ēs nō ē vnū cū nō sit vniuocū scʒ phi. 3°. 4°. metha. Itē tunc intellect⁹ nr̄ esset eiusdē spēi cum intellectu angeli. qr ille potentie sunt eiusdē spēi que habent idem obiectū. sʒ ens ē obiectum nostri intellectus et angelorum.

¶ Sextodecimo distincte potentie habēt disticta obiecta formalia sʒ intellect⁹ ⁊ volūtas sūt disticte potētie. ergo habent distincta obiecta formalia q̄d non videtʳ si ens sit obiectū itellectus. qr ens includitur in bono q̄d est obiectū volūtatis. ergo bonum et ens nō distinguūtur. Itē nō omne ens est intelligibile. ergo ens nō est primū ⁊ adequatū obiectum Añs pʒ qr singulare nō est intelligibile. Itē possum⁹ intelligere chimerā q̄ nō est ens. qr de ipsa possum⁹ formare ꝓpositionē verā vel falsā dicendo omne aīal est chimera. hec eñ ꝓpō nō formatur a potentia ymaginatiua.

¶ Ad 1m. dicitur ꝙ p fātasma accidētis ipsius substātie virtute itellectus agētis in intellectu possibili producitʳ spēs substātie effectus enim ducit in cognitionē cause sicut aliq̄ñ accidēs i virtute substātie cuius est instrumētū producit substātiam sic enī calor ꝑducit carnē vt dr̄ in 2. de anima. Ex quo pʒ ꝙ nos non cognoscim⁹ substātiam ꝑcise p spēʒ accidentis quia quicquid cognoscitur noticia quidditatiua et perfecta cognoscitur per propriam speciem quia cognoscitur vt est ab omnibus alijs distinctum. Item quodlibet ens absolutū prius cognoscitur ad se q̄ȝ ad aliud id est prius cognoscitur noticia absoluta q̄ȝ relatiua quia conceptus relatiu⁹ ꝑsupponit absolutū in quo fūdatʳ sʒ substātia est ēs absolutū ergo prima noticia ei⁹ non est relatiua et per ꝯñs prima noticia substantie non est inq̄ȝtum

stātia terminat depēdentiam accidētis q2 hoc icludit relationem. Si dicatur substātia non cognoscitur ītuitiue ergo non cognoscitur ꝑ ꝓpriam spēm De hoc dicetur postea.

¶ Ad scđm dr̄ ꝙ ibi est similitudo immutationis. Quidam dicūt ꝙ spēs intelligibilis substantie est de genere substātie q2 qdditas rei abstracta a materia est in itellectu. Item prius dictū est loquēdo de itellectu agente ꝙ illud quod itelligitur est immateriale hoc autem est ipsa qdditas prout habet esse in intellectu. Item ī itellect⁹ agens abstrahit qdditatem rei itellecte s3 nichil abstrahit nisi spez ergo spes est qdditas substātie Sz contra tūc vera natura lapidis esset ī intellectu Itē spēs que est ī oculo non est de natura coloris. Sz queritur an ꝑ eamdē spem formemus cōceptū hoīs et cōceptum animalis videt̄ ꝙ nō q2 cognoscim⁹ aīal per ꝓpriā spem. Sz ꝯtra itellectio hoīs est itellectio substantie q2 substātia actu et itellectu icluditur in ꝯceptu hominis s3 de hoc pri. ph. Ad aliud negat̄ ꝯña.

¶ Ad 3m. dicitur ꝙ spe distincta possūt ꝯuenire in vno ꝯceptu ꝯfuso. Ad aliud negatur ꝯña spes enī nō est expssa idest actualis similitudo. Sz qritur. an prius formem⁹ ꝯceptū substantie ꝙ accidētis et an accidēs cognoscatur ꝑ propriam spem. Quibusdam videtur ꝙ primo itelligimus accidēs in ꝯcreto sicut ꝑ transmutationem cognoscim⁹ materiam ex pri. phi. Itē via generationis iperfectiora sūt priora s3 noticia accidētis est iperfectior ꝙ substātie. Item ꝑ motū cognoscimus substātias naturales vnde ꝑ ipsum diffinitur. Sz ꝯtra phi. 7. metha dicit ꝙ substantia est prior accidēte cognitione vnde qdditas rei materialis est obiectū itellectus ꝑ nūc Item sicut res se habent ad esse ita se habent ad cognitionē s3 substantia secūdum esse ꝑcedit accidēs ergo naturaliter prius cognoscitur vnde etiam in qualibet sciētia de subiecto ꝑsupponitur qd est. Sz ꝯtra tūc naturaliter scirem⁹ ꝙ in sacramēto non est panis quia primū cognitū esset illa substātia. Itē vnū quodq3 pri⁹ mouet ad noticiā sui ꝙ alterius ergo accidēs ꝑ fātasma sui prius causat intellectionē accidentia ꝙ subē. Añs patet q2 alias intellect⁹ nō certificaretur de re. q2 non intelligeret illud idē quod sētit. Nec etia3 accidentia facerent cognoscere quod quid est q2 nō prius itelligerentur. Itē tunc eadē essent nobis nota et natura Respondeo dicendū ꝙ semꝑ oportet precōcipere subām quia substantia cadit in diffinitione accidētis sed non oportet precōcipere substantiam esse ī particulari. Ad alia satis patet ex dictis Si dicat̄ magis certum est nobis accidēs esse ꝙ subām negatur. loquendo de subā in vlī. Nec ad habendum illam accidentia conferunt loquēdo de noticia simplici et vlī ipsius subē.

¶ Ad 4m principale dicitur ꝙ sufficit ꝙ intellectus agens sit nobilior quia habet intellectionem in actu virtuali nec oē ꝯtinens aliud virtualit̄ est. perfectius eo vt pz de semine ꝑ qđ generat̄ homo

¶ Ad quintum satis patet ex supra dictis de itellectu possibili.

